SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/3
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

Proceſſual.
3311a

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/4
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

# PROCESSVS
# PACTI REMISSORII
IVRIS SAXONICO-ELECTORALIS

Chur-Sächſiſcher

# Accords-Proceß

IIS INSIMVL CAPITIBVS

QVAE EX IVRE

CIVILI [illegible] ET SILESIACO

[illegible]

IN VSVM

AVDITORVM

CONSCRIPTVS

A

IOANNE TOBIA RICHTERO

PHIL. ET I. V. D. [illegible]

[illegible]

---

LIPSIAE

APVD IO. CHRISTIAN LANGENHEMIVM

1759

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/5
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/6
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

# PROCESSVS
# PACTI REMISSORII
## IVRIS SAXONICO-ELECTORALIS
## Chur-Sächſiſcher
# Accords-Proceß

IIS INSIMVL CAPITIBVS
QVAE EX IVRE
CIVILI LVSATICO ET SILESIACO
HVC PERTINENT INSERTIS



IN VSVM
AVDITORVM
CONSCRIPTVS
A

IOANNE TOBIA RICHTERO
PHIL. ET I. V. D. NEC NON IVRIS SAXONICI PROFESSORE
PVBL. ORDINAR. ET COLLEGII MINOR. PRINCIP.
COLLEGIATO

LIPSIAE
APVD IO. CHRISTIAN LANGENHEMIVM.
1759

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/7 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# LECTORI BENEVOLO

S.

AVCTOR.

Cum praeter academicos labores, quibus in hac *Illuſtri Philuraea*, per quindecim annos vacaui, etiam in foro verſarer, et quantum licuit, modo iudicantis partes tenerem, modo ipſe cauſas perorarem, animaduerti potiſſimum, conditionem creditorum, ſuborto ad bona debitoris obaerati concurſu, tametſi cauſae illorum nimium plerumque iam ſint vulneratae, multo deteriorem adhuc fieri, tunc, quando vniuerſale iſtud iudicium locum ha-

bet. Quamuis enim inficias ire nolim, quod admiſſo proceſſu concurſus, partim poſt emiſſam citationem edictalem certum fiat, quibus debeatur, quandoquidem tum non comparentes contumaciae accuſati, ab illa bonorum ſubſtantia, cui debitor obaeratus ceſſit, prorſus praecluduntur, partim per diſceptationes cum curatore litis, et inter creditores ipſos inſtitutas, liquidum reddatur, quid et quantum vnicuiuis debeatur: attamen dum haec omnia ordine expediuntur, et praeterea iis, quae ſententia deſignationis vtplurimum nonnullos adhuc praeſtare iuſſit, ſatisfieri poteſt, tantum temporis ſpatium conſumitur, atque tot ſumtus, tam iudiciales, quam extraiudiciales, impenduntur, vt tota lis fere infinita fiat, et ambagibus illis haud euitandis, bona ceſſa, niſi omnia, tamen maximam partem, abſorbeantur, vt parum tandem creditoribus diſtribuendum remaneat, et vnusquisque plus ſaepenumero impendens, quam recuperans, exiguam ſuam portionem, quaſi aureo hamo expiſcari videatur. Quam procedendi rationem, creditoribus praecipue iniquam, SERENISSIMVS PRINCEPS NOSTER, ſumma aequitate motus, ita temperauit, vt in *Edicto Regio* wider die *Banquerou*tiers *anno MDCCXXIV.* promulgato, non quidem ſolennem concurſus creditorum proceſſum abrogaret, attamen pactum remiſſorium, quo plures creditores ſe certa debiti parte contentos

tentos eſſe declarant, impoſterum in vniuerſum valere, minorem creditorum diſſentientium partem ad aſſentiendum compelli, ac ipſum concurſus proceſſum ſiſtere ſtatueret. Atque haec ſingularis tranſigendi cum debitore communi ratio, iam antea hic quidem Lipſiae, in foro cauſis mercatorum competente, pridem vſu viguerat, formamque acceperat legitimam in der Leipziger Handels-Gerichts-Ordnung, *Tit. XXV.* quod ipſum ius ſingulare ſiue ſtatuarium, REX POTENTISSIMVS iam cum omni, qua patet, foro Saxonico-Electorali communicari, et in cauſis etiam non mercatorum ad exemplum trahi, in adducto *Edicto §. XVI.* iuſſit. Cum vero illa *Iudicii Mercatorum Lipſienſis Ordinatio,* paucis per prouincias iudicibus, cauſarumque patronis, hactenus innotuiſſet ſatis, euenit inde, vt iſta mitiſſimi legislatoris voluntas, ſaltim non vbiuis locorum, prout fas fuiſſet, effectui daretur, ortoque concurſus proceſſu, quoad cetera quidem Lege ageretur, de pacto autem hoc remiſſorio, etiamnum altum fere eſſet ſilentium. Commune hac in re Saxoniae noſtrae cum reliqua fere Germania fuit fatum, vt nimirum in peregrinis, nimis fere ſubtiles et acuti ICti, ciuitatis, in qua verſantur, iura, ſi non ignorarent, minus tamen diſtincte, quam decuiſſet, haberent perſpecta. Quae cum ita ſint, iam nemini, puto, obſcura poterit eſſe ratio, qua motus huncce libellum, *de Pro-*

*ceſſu Pacti Remiſſorii Iuris Saxonico-Electoralis*, elaborandum typisque vulgandum cenſui, ſcilicet, vt haberent iam, qui agendo, cauendo, aut iudicando, aliis inſeruiunt, aut olim inſeruituri ſunt, quorum in numero praecipue *noſtros Auditores* cenſemus, vnde, vbi opus fuerit, pleniorem huius proceſſus cognitionem haurirent, eiusque naturam ac formam a legislatore praeſcriptam addiſcerent. Neque hoc a munere, quo fungor, alienum videri cuiquam poterit, quandoquidem hoc non alio fine, quam quo patrio iuri ſenſim vberior affunderetur lux, a patriae patre fuit conſtitutum.

At enim vero, cum ad perorandum hoc iuris noſtri argumentum acceſſiſſem, illiusque fons, praeter pauca, quae de illo in iure Ciuili Luſatico atque Sileſiaco habentur, non alius eſſet, quam laudata illa *Ordinatio Iudicii Mercatorum Lipſienſis*, ad quam et ipſe legislator nos ablegat, mox perſpexi, fieri non poſſe, vt rem illam plene atque clare ſatis exponerem, niſi totum fere proceſſum fori iſtius ſimul traderem. Ita enim eſt, vt de parte aut ſpecie nemo iudicare poſſit, niſi qui totum aut genus cognouerit, quod ſane mirum dubiumue nemini videbitur, niſi qui rationalis ſcientiae fuerit ignarus; hinc et nos certiſſime ſperamus, nulli facile prolixitatem, ſi quam hac ex parte admiſimus, offenſae fore. Si tamen cui haec noſtra

excu-

excuſatio haud ſufficiat, eique nihilominus plura dixiſſe videamur, quam quae ad intelligendam rationem *Proceſſus Pacti Remiſſorii* proxime faciant, eum perpendere velimus, ampliſſimum eſſe numerum exterorum hominum, qui mercaturam hic Lipſiae faciunt, noſtrasque nundinas ſolennes et priuilegiatas adeunt. Horum autem, quotusquisque eſt, cui non aliquando cauſa aliqua coram iudicio noſtro mercatorio ſit agenda dicendaue, cuique adeo cognitio huius proceſſus ſit neceſſaria atque perutilis? Quibus ita comparatis, hunc proceſſum data hac occaſione nos delineaſſe, exteris, noſtrum forum ſubinde adeuntibus, haud adeo ingratum fore, ſaltim a nemine prudentum, id vitio nobis verſum iri confidimus.

Ceterum Lectores Beneuolos rogatos cupimus, velint, ſi quid forte alicubi humani paſſi videamur, illud aequi bonique conſulere, memores, nihil humani ex omni parte eſſe perfectum. Denique optamus, vt nemo ciuium noſtrorum, flebili hoc beneficio pacti remiſſorii indigeat vnquam, aut ſi indigeat, indigeat temporum iniuria, ſaltim non culpa ſua! Dab. Lipſiae Kalend. Octobris A. C. N. MDCCLVIII.

CON-

# CONSPECTVS.

Cap. I. *De Proceſſu plurium creditorum concurrentium in genere.*

Cap. II. *De Proceſſu pacti remiſſorii in ſpecie.*

Cap. III. *De Iis quae initio proceſſus pacti remiſſorii a parte tum iudicis tum implorantis fiunt.*

Cap. IV. *De Citatione.*

Cap. V. *De Comparitione partium etiam per procuratores.*

Cap. VI. *De Iis quae in termino tam a iudice quam a partibus fiunt.*

Cap. VII. *De Saluo conductu, durante proceſſu pacti remiſſorii a debitore obaerato impetrando.*

Cap. VIII. *De Complemento actorum.*

Cap. IX. *De Sententia.*

Cap. X. *De Leuteratione.*

Cap. XI. *De Appellatione.*

Cap. XII. *De Exequenda ſententia.*



http://digital.slub-dresden.de/id422884030/14

## CAP. I.
### DE
# PROCESSV PLVRIVM CREDITORVM CONCVRRENTIVM IN GENERE.

### §. I.

*Obaerato vel bona auferuntur, vel ceſſionis beneficium competit.*

Qui bonis lapſi ſunt, vt patrimonium, quod ſupereſt, creditoribus non ſufficiat, iis vt communi,[a]) ita Saxonico [b]) iure, vel bona auferuntur inuitis, vel ceſſionis beneficium competit, vt creditoribus, qui fruſtra ſolutionem hactenus ſperarunt, quoad fieri poteſt, ſatisfiat.

### §. II.

*Auferuntur bona doloſis decoctoribus.*

Auferuntur bona debitoribus inuitis, qui alios dolo deceperunt, [a]) quippe qui ne ceſſionis quidem beneficio, flebili licet adiutorio, digni cenſentur, cum ita propter dolum admiſ-

a) L. 1. C. qui bonis ceder. poſſ.
b) *O. R.* Tit. LII. §. 1. 2. *Banquerout. Mand.* §. 3. et 10. 1.
a) all. L. 1. C. qui bon. ced. poſſ. *O. R.* Tit. LII. §. 1. 2.



SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/15 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

admiſſum ſimul puniantur, auxilium vero executioni poenarum paratum non ſit. b) Quicunque igitur vel initio aes alienum dolo contraxerunt, vel poſtea ſolutionem animo defraudandi differunt, ac interea facultates diſtrahunt, illi iudicati in carcerem den Schuld-Thurm detrahuntur, eorumque bona inter creditores ad concurſum prouocantes, pro cuiusuis iure ac prioritate, ſolenni concurſus creditorum proceſſu ſeruato, c) diſtribuuntur.

## §. III.

*Sine dolo obaerati bonis cedunt.*

Qui citra dolum et infortunio quodam, in eum ſtatum peruenerunt, vt ſoluendo eſſe deſierint, iis permittitur, vt bonis cedere queant, vt hac ratione, cum parum aut nihil iis imputetur, ſqualorem carceris, aliaque incommoda, quibus obaerati afficiuntur, vitent. a)

## §. IV.

*Ceſſio bonorum quid?*

Eſt vero Ceſſio bonorum *beneficium, quo debitor ſine dolo malo obaeratus, omnia ſua bona creditoribus ſponte relinquit,* vt

b) arg. L. 37. ff. de minorib. et *Banquer. Mand.* §. 12. et 10. Intelligitur autem ſub dolo etiam culpa lata, non leuis aut leuiſſima vid. L. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. STRYK Vſ. Modern. Lib. XLII. Tit. 3. §. 2. GRIBNER: Diſcurs zur Erläuterung der Churfürſtl. Sächß. Proceß-Ordnung ad *O. R.* Tit. LII. §. 1. verb: So vorſetzlicher Weiſe. it. §. 2. ad verba: unbenommen bleibet. it. §. 3. ad verba: gekommen. it. durch Unglücksfälle.

c) veluti, obſignatione et conſignatione nec non ſubhaſtatione et auctione bonorum, conſtituto curatore bonorum et litis, emiſſis edictalibus, praefixo termino liquidationis, lata ſententia deſignationis etc. Nec enim eo caſu datur alia procedendi ratio, qua ſuum cuiuis creditorum rribui poſſit. vid. *O. R.* Tit. XLI. §. 1.

3. a) L. 1. 4. C. qui bonis ced. poſſ. *O. R.* Tit. LII. §. 2. et *Banquerout. Mand.* §. 3. 10.

*vt ipſis quoad fieri poteſt, ſatisfiat, et cedens ſalua exiſtimatione moleſtiam carceris* des Schuld=Thurms *effugiat.* a) *Differt a bonorum ablatione* eo, quod haec non ſit beneficium iuris, adeoque nihil commodi debitori praeſtet, ſed fiat partim in poenam doloſi decoctoris, partim vt huius bona, poſtulantibus creditoribus, quaſi ex incendio conſeruentur, et adiudicentur. b) Differt *a datione in ſolutum*, qua debitor parata quidem pecunia, non vero aliis facultatibus aeri alieno ſufficientibus deſtitutus, loco pecuniae debitae, res quae iuſtum emtorem non inueniunt, creditori offert. c) Differt etiam *a proceſſu concurſus creditorum* eo, quod beneficium ceſſionis tanquam remedium iuris debitori competens ſupponatur, et proceſſus modum, quo vtendum illo ſit, monſtret; vnde etiam plerumque, ex ceſſione in iudicio declarata, proceſſum concurſus demum oriri videmus. d)

*differt a bonorum ablatione,*

*item a datione in ſolutum,*

*nec non a proceſſu concurſus.*

A 2 §. V.

a) all. L. 1. et 4. item L. 8. C. qui bon. ced. poſſ. *O. R.* Tit. LII. §. 2. 4.

b) vid. h. Cap. §. 2.

c) conf. Nou. IV. c. 3. Rec. Imp. de ao. 1654. §. 172.

d) Ceſſio itaque ius cedendi: proceſſus vero modum ſeu formam procedendi comprehendit. Hinc ceſſio bonorum et proceſſus concurſus a nonnullis minus accurate pro ſynonymis habentur. Diſcedendum etiam eſt a ſententia BRVNNEMANNI qui in Tr. *de Proceſſu concurſus creditorum* c. I. §. 6. lit. a) moleſtationem creditorum in ceſſione bonorum, non item in concurſu requirit, et deinde ceſſionem quoad certos poſſe, concurſum autem quoad omnes creditores debere fieri arbitratur; nam illa moleſtatio creditorum poteſt quidem et ceſſioni bonorum, et ſubſequenti proceſſui concurſus, anſam praebere, ſed poteſt etiam deeſſe: quod autem bonis quoad certos creditores cedi poſſit, a vero eſt alienum, quia nemo creditorum, facto debitoris praecludendus et ita decipiendus eſt, et praeterea cedens omnes quibus debet, nominare tenetur. MEV. P. VIII. Decis. 59. et 60.

## §. V.

*Ceſſio bonorum quotuplex?*

Duplex tamen eſt ſpecies ceſſionis bonorum, altera *voluntaria*, *neceſſaria* altera. *Illa* qua debitor nimium obaeratum ſe ſentiens ſponte bonis cedit, vocatur in Saxonia das Angeben, et ſaepiuſcule contingit:[a]) *haec*, qua debitor vt ad miſerabile hoc auxilium veniat, vrgentibus creditoribus compellitur, [b]) accidere poteſt, ſi alii creditores, vbi ad inſtantiam vnius in bona debitoris executio fit, interueniunt cum hoc de prioritate certantes, quem caſum etiam ſimul reſpicere videtur *Ordinatio Recognita*, [c]) qua dicitur: Wenn mehrere Gläubiger zuſammen kommen, und es ſich äuſert daß der Schuldner in Abfall der Nahrung gerathen, alſo ein concurſus creditorum entſtehet. [d]) Ceterum cum neceſſaria ceſſione bonorum confundi non debet bonorum ablatio, cuius ſupra mentionem fecimus; quamuis enim vtroque caſu proceſſus concurſus oriri poſſit, haec tamen differentia manet, quod is qui coactus bonis ceſſit, probato infortunio, miſeratione non tantum, ſed et omni commodo a ceſſionis beneficio proficiſcente dignus cenſendus ſit, quibus plane indignus iudicatur is, cui bona auferuntur.

## §. VI.

*Quomodo bonorum ceſſio fiat iure communi,*

Iam qui ſine fraude obaeratus pluribus debet, neque amplius ſoluendo eſt, ſi bonis cedere velit, iure communi et

5. a) *Banquerout. Mand.* §. 3.

b) BRVNNEM. *de Proc. concurſ. credit.* c. I. §. 1. n. 2. *O. P. S. V. Tit. XLI. pr.* it. GRIBNERI Princip Proceſſ. iudiciar. Lib. II. c. 2. §. 1.

c) O. R. Tit. XLI. §. 1.

d) quae verba duplicem caſum continere videntur, tam eum, quo debitor communis vrgentibus creditoribus bonis cedit, quam eum, quo alicui ob fraudulentam inopiam bona auferuntur, ita vt vtroque caſu proceſſui concurſus locus ſit.

et moribus extra Saxoniam, haec obſeruet neceſſe eſt, vt nominet creditores, debita deſignet, eaque liquida, nec non inopiam haud voluntariam ſed fortuitam eſſe doceat, omnia ſua bona vsque ad vltimum quadrantem indicet, ſeque ad iuratam eorum confirmationem offerat, denique iudicem in cuius manus fit ceſſio, imploret, vt eum ad ceſſionis beneficium admittat, et creditores ad deſignanda et probanda credita conuocet, vt his quoad fieri poteſt, ſatisfiat. [a])

§. VII.

In Saxonia quomodo fieri debeat ceſſio, ipſa Lege praeſcriptum eſt, cuius verba apponere praeſtat: Woferne aber iemand, wes Standes, Geſchlechts oder Condition er ſey, inſonderheit ein Kauf- und Handelsmann, dergeſtalt in Abfall der Nahrung käme, daß ſein Vermögen zu Befriedigung derer Gläubiger nicht hinlänglich; So ſoll dennoch ihme deswegen auszutreten und flüchtig zu werden keinesweges nachgelaßen ſeyn, ſondern es hat derſelbe ſich zufoderſt, bey ſeiner ordentlichen Obrigkeit, damit dieſelbe die unten erforderte und ſonſt gehörige Anſtalt treffen könne, anzugeben, und ſeinen Zuſtand zu eröffnen, die Urſachen, warum er in ſolchem Abfall gerathen, anzuzeigen, auch eine richtige *Specification* ſo wohl ſeines Vermögens und habenden Forderungen, als auch ſeiner ſämtlichen Schulden, wie er alles auf Erfodern eydlich beſtärken kan, zu übergeben, zugleich auch vermittelſt Eydes anzugeloben, daß er bis zu Endigung der Sachen ſich nicht auſer Landes, auch innerhalb *iure Saxonico.*

 deßelben,

a) vid. LAVTERBACH *Colleg. Pandectar.* Lib. XLII. Tit. 3. §. 7. ſequ. it. 6. §. 15. BRVNNEMANN *de Proceſſ. Concurs. Creditor.* C. I. et praecipue §. 3. et 6.

deßelben, unangemeldet nicht hinweg begeben, noch vielweniger aber etwas an außenſtehenden Schulden weiter einheben, oder von ſeinen *Effecten* veräuſern, oder ſich ſonſt des geringſten anmaßen, noch einen derer *Creditoren* vor den andern befriedigen oder ihm in andere Weiſe *gratificiren* wolle. [a])

## §. VIII.

*Formula Ceſſionis.* Scilicet conficiuntur litterae ſupplices vulgo ein Implorations-Schreiben, ad iudicem directae, quibus obaerati ſtatus deſcribitur, cauſae infortunii allegantur, et adiecta tum facultatum, tum creditorum accurata conſignatione, ceſſio bonorum declaratur petiturque, vt debitor huius beneficii particeps fiat, eique praeſtito iureiurando praeſcripto, contra quoscunque creditores, etiam cambiales, ſaluus conductus ad tres menſes concedatur.

*Formula:* So ſauer es mir auch ankommt, ſo ſehr ſehe ich mich doch genöthiget anitzo einen Schritt zu thun, an den ich nicht anders als mit Grauen gedenken kan. Ich befinde mich leyder in den betrübten Umſtänden, daß ich nunmehro mich entdecken und Ew. ꝛc. ꝛc. anzeigen muß, wie ich aller Vorſicht ungeachtet in eine große Schuldenlaſt gerathen, die mich ganz und gar darnieder drücken will. Beygehendes Verzeichniß meines geſamten Vermögens, und die daraus gezogene Bilanz zeiget mit mehrern daß ich 50174 Thlr. 17 Gr. 6 Pf. ſchuldig bin, hingegen in allen nur 12642 Thlr. 13 Gr. 9 Pf. im Vermögen habe. Derer Urſachen ſind viele, wodurch ich in dieſen unglücklichen Zuſtand gerathen, und ich ſchmeichle mir daß ſolche Erbarmen und Mitleyden nach ſich ziehen werden. 1) Habe ich

a) *Bauquerout. Mandat.* §. 3. Ex hac itaque Lege ſatis apparet, quis, coram quo iudice, et quomodo bonis cedere poſſit.

ich in Hofnung göttlichen Seegens nicht nur mit leeren Händen angefangen, ſondern auch aus kindlicher Liebe gegen meinen Vater, deßen Handlung ziemlich hoch, und noch dazu ohne Abzug des ſonſt gewöhnlichen Rabbats, mit etl. 40000 Rthlr. paſſivis übernommen, dadurch aber mich ſelbſt in die gröſte Noth geſteckt, und den Grund zu meinem itzigen Verderben gelegt, immaßen 2) nur allein die vielen Intereſſen bey nahe mich aufgerieben, und, wie man wohl zu erwegen bittet, gleich im Anfange mir alle Kräffte benommen haben. Und faſt um eben die Zeit verunglückte 3) unterweges ein Schif aus Holland, worauf ich etliche 1000 Rthlr. an Waaren hatte, welche ich bey nahe gänzlich einbüßte, und wodurch meine bereits entkräfftete Handlung einen neuen Stoß bekam. Ferner habe ich nicht nur 4) wohl etliche 1000 Rthlr. an agio, indem die Waaren in geringhaltigen Münz-Sorten alhier wieder verkauffet, in Speciebus aber an die Ausländer bezahlet werden müßen, jährl. verlohren, ſondern auch 5) aller menſchlichen Vorſicht ungeachtet, in einer Zeit von ungefehr 3. Jahren, 6189 Rthlr. 13 Gr. 1 Pf. an ganz böſen Schulden, wovon ich auch nicht einen Thaler einzutreiben mir getraue, beſage des Verzeichnüßes ſub ⊙ würklich eingebüßet. Und endlich hat 6) ein bereits vorm Jahre entſtandenes widriges Gerichte, mich vollends zu Grunde gerichtet, einen gar anſehnlichen und mir vortheilhafften Handel rückgängig gemacht, allen Credit mir benommen, und verurſachet, daß ein ieder ſeine bey mir gehabten Gelder, ſo viel möglich und zwar auf einmahl zurückgenommen, und ich auf ſolche Art in die gegenwärtigen Umſtände leyder verſetzet worden; in welchen für mich nichts übrig iſt, als daß ich zum flebili beneficio ceſſionis bonorum meine Zuflucht nehme, mich dem allergnädigſten Banqueroutier-Mandat

date unterwerffe, Ew. ꝛc. ꝛc. aber gehorſamſt erſuche, Dieſelben wollen in Betracht, daß ich angezeigter Maaßen ohne mein Verſchulden in Abfall der Nahrung gerathen, den gewöhnlichen Eyd von mir abzunehmen, hierauf wider meine Gläubiger, auch wider die ſo Wechſel haben, ein ſicher Geleithe auf 3. Monathe mir zu ertheilen, und immittelſt meinen Handels-Diener N. zum Sequeſter verpflichten zu laßen, hochgeneigt geruhen. Ich beharre.

*Formula conſignationis.*

## Verzeichniß

### ſowohl meines Vermögens und habenden Forderungen, als auch ſämtlicher Schulden.

### Sectio I.

### An Vermögen.

#### Cap. I.

#### An Immobilien.

#### Cap. II.

#### An Mobilien und zwar an baaren Gelde.

etc. etc.

### Sectio II.

### An Paſſiuis.

a) An Prioritaetiſchen.
b) An Wechſel-Schulden.
c) An Buch-Schulden.

BILANZ

# B I L A N Z.

| Debet | Credit |
|---|---|
| Sect. II. An Paſſiuis und zwar | Sect. I. An Vermögen und zwar |
| a) - - - An prioritaetiſchen. | Cap. I. - - - An Immobilien. |
| b) - - - An Wechſel-Schulden. | Cap. II. - - - An baaren Gelde. |
| c) - - - An Buch-Schulden. | Cap. III. - - - An etc. |
| | - - - ſo an der zu bezahlenden Summe ermangelt. |
| Summa 50174 Rthl. 17 gr. 6 pf. | Summa 50174 Rthl. 17 gr. 6 pf. |

Hae litterae iudici offeruntur, qui, niſi quid obſtet, ea quae petiit obaeratus, decernit.

## §. IX.

*Ceſſione bonorum admiſſa, oritur proceſſus vel concurſus creditorum vel pacti remiſſorii.*

Poſtquam iudex ceſſionem bonorum, et debitorem ad iusiurandum conſuetum admiſit, eique ſaluum conductum conceſſit, oritur proceſſus, *aut concurſus creditorum*,*) quo creditores ad credita deſignanda, et de prioritate certandum, edictaliter citantur, emanentes praecluduntur, comparentes tam cum curatore litis, quam inter ſe diſputant, iisque tandem per ſententiam locationis, quam vocant, ſuum cuique, pro cuiusuis iure et ordine, adiudicatur, *aut pacti remiſſorii*, quo tantum id agitur, vt ob debiti partis remiſſionem a pluribus creditoribus factam, reliqui nondum remittentes, vt idem faciant, et transactioni plurium accedant,

*) quotuplici ſenſu accipiatur in iure vocabulum concurſus, docet BRVNNEMANN *de Proceſſu concurſ. creditor.* c. I. ad rubric. lit. a)

dant, compellantur, vt hac ratione concurſus omnibus moleſtus éuitetur. [a])

§. X.

*Differentiae inter vtrumque procedendi modum.*

Sunt vero inter proceſſum concurſus creditorum, et proceſſum pacti remiſſorii, plures differentiae, praecipuae hae: 1) *Illo moto* curator litis conſtituitur: *hoc inſtituto* non; 2) *illo* terminus liquidationis praefigitur, eoque nomine edictales ſub poena praecluſi emittuntur: *hoc* minime, ſed creditores omnes praecipue ad amicabilem compoſitionem nominatim, et quidem prima vice nullo ſpatio temporis abſolute obſeruato, ſecunda et tertia vice, tantum trium hebdomadarum termino conceſſo, citantur; 3) *illo* creditores in termino liquidationis emanentes praecluduntur, et comparentes credita ſua deſignant, probant, et cum curatore litis de eorum veritate, nec non inter ſe de prioritate diſputant: *hoc* citati iuſſui iudicis haud obedientes, iure ſuo non ſtatim priuantur, comparentes autem deſignant quidem credita, eaque ſummariter demonſtrant, ſed neque cum contradictore quodam, neque inter ſe diſputare ſolent, imprimis autem cum iis de transactione a debitore oblata agitur, et concordia tentatur; 4) *illo* fertur ſententia deſignationis: *hoc* de pacto plurium pronunciatur; 5) *illo* publicatur decretum diſtributionis: *hoc* eo plane non eſt opus. [a]) Addo 6) quod *illo* *caſu*

9. a) Quod poſt ceſſionem factam proceſſus concurſus creditorum oriatur, dubio quidem caret, et quotidiana probat experientia: quod vero etiam proceſſus pacti remiſſorii oriri queat, paulo poſt clarius apparebit. Ceterum de alio et tertio quodam procedendi genere, Legibus praeſcripto, non conſtat.

10. a) conf. Conſult. BREHMII diſſ. ſub praeſidio *Illuſtr.* BAVERI 1755. habita, *de pacto remiſſorio, ante concurſum formalem, in foro Saxoniae Electoralis* §. 11.

*caſu* debitor, ſi aliquando ad pinguiorem ſortunam peruenerit, id quod creditorum ſatisfactioni deeſt, adhuc ſoluere teneatur: *hoc* autem per transactionem, vt naturale eſt, ab omni obligatione penitus liberetur; 7) quod proceſſus pacti remiſſorii ideo ſit introductus, vt proceſſus concurſus tanquam multo moleſtior euitetur, vnde diuerſitas in ſe maniſeſta eſt; b) de quibus omnibus et reliquis poſtea clarius et fuſius.

## §. XI.

*Quando proceſſus concurſus locum habeat.*

Quotiescunque igitur partis debiti quaedam remiſſio ſperari nequit, toties locum habet ſolennis concurſus creditorum proceſſus, idque contingere poteſt vel tunc, vbi debitor ipſe de remiſſione impetranda parum aut plane non eſt ſolicitus, vel vbi creditores etiam rogati quicquam remittere nolunt, ita vt nihil, niſi vt creditores de iure et prioritate contendant, ſuperſit. a)

## §. XII.

*Quando proceſſui pacti remiſſorii locus ſit.*

Quoties vero vel nonnulli creditores partem debiti iamiam remittere coeperunt, vel procliues ad remittendum videntur,



b) Imo haec duo ipſa Lege haud obſcure diſtinguuntur, qua dicitur: Creditores ſo ſich **bey dem vorherentſtandenen** *Concurs*, oder da der Schuldner Unſerm wieder die Banqueroutiers ergangenen Mandat ſich nach denen dazu erforderlichen Requiſitis, gebührend ſubmittiret, **bey denen diesfalls angeſtellten Handlungen ſich gemeldet.** *Dec. Elect. Sax. Nouiſſ.* de ao. 1746. Dec. XXVI.

a) Dantur etiam caſus, vbi neceſſitas quaedam efflagitat, vt poſt 11.
ceſſionem bonorum factam, ſoli proceſſui concurſus relinquatur locus, veluti, ſi omnes alicuius creditores iure prioritatis gaudeant, cuiusmodi exemplum accidit, quo tantum debitoris vxor, et locator praedii ruſtici concurrebant, aut ſi omnes cambiales, aut quidam eorum priuilegiati, et hypothecarii, quidam cambiales ſint; hi enim omnes excipiuntur ab illis, qui ad pactum Remiſſorium ineundum conueniri poſſunt *Banquerout. Mand.* §. 16. Dec. Nou. XXVI. de ao. 1746.

dentur, vel debitor in iudicio tentare vult, anne creditores, iudicis auctoritate interueniente, commouere queat, vt cum eo de certa quantitate, quam offert, paciſcantur, et transactionem oblatam, moleſtiis ambagibusque ſolennis proceſſus concurſus creditorum, praeferant, toties proceſſus pacti remiſſorii admittitur. Fluit inde, quod iudex celerius iuſto agat, quando poſt ceſſionem bonorum factam, deſiderio debitoris, transactionem cum creditoribus exoptantis, ſpreto, ſtatim edictales emittendas decernat. [a]) Interim caute et prudenter ipſe debitor agit, qui, quam primum poteſt, non tantum a iudice petit, vt edictales emittendas, curatoris litis conſtitutionem, vna cum reliquis, quae ad proceſſum concurſus pertinent, [b]) paululum differat, et animum ſuum tranſigendi ad Acta declarat, ſed et creditoribus priuatim transactionem per literas conſuetas, ſeu vti loquuntur einen Accord durch einen Umlauf, offert, et in eam, niſi omnium, tamen nonnullorum conſenſum impetrari curat; [c]) hoc enim facto ac demonſtrato, et iudicem, ad proceſſum pacti remiſſorii concedendum, multo proniorem inueniet, et, imprimis ſi plurium in remiſſionem conſenſum probauerit, iure poſcere poterit, vt creditores, qui ad primam citationem

12. a) Debitori enim Lege permiſſum eſt, cum creditoribus tranſigere, et intentioni legislatoris congruit, tranſactionem proceſſui *concurſus* praeferri. *Banquerout. Mand.* §. 4. quare et media hunc finem obtinendi concedenda ſunt.

b) veluti ſubhaſtationem, auctionem, nominum actiuorum exactionem, et reliqua.

c) qua in re is, qui debitori eſt a conſiliis, omnem perſuadendi artem adhibeat, commoda celerrimae tranſactionis, et incommoda procraſtinationis, ad animum creditorum reuocet, neceſſe eſt, quamuis arduum hoc opus et nimis moleſtum plerumque eſſe ſoleat, et ſi perficiatur, vix compenſari ſatis poſſit.

nem emanſerunt, iam altera vice ſub poena, et denique ſub conſueta comminatione, vt pro conſentientibus habeantur, adcitentur. [d])

## §. XIII.

*Caſus proceſſus pacti remiſſorii ſingulares.*

Fieri tamen poteſt, vt debitor obaeratus ad concurſum prouocet et edictales petat, et poſtea nihilominus id conſequatur, vt mutata procedendi ratione, proceſſus pacti remiſſorii admittatur. Cuius rei duo potiſſimum ſunt caſus. 1. Si creditores in locis remotis et diſſitis commorentur, vt nominatim omnes, niſi magnis impenſis citari nequeant. [a]) 2. Si obaeratus ſtatim poſt ceſſionem declaratam, creditoes nominatim citari curauerit, quibus tamen omnibus inſinuatio itidem, niſi per requiſitoriales, adeoque magno ſumtu, fieri nequit. [b])

 Vtro-

d) Facilius enim preces debitoris exaudiuntur, et proceſſus pacti remiſſorii inchoatur, quam creditores ſub poena, et vltima comminatione citantur, ſiquidem poſtremum in iudicio mercatorum Lipſienſi denegari ſolet, ante quam ad acta demonſtratum ſit, quod plurimi creditorum oblatam tranſactionem acceperint. Quaerat itaque debitor ante omnia plurium creditorum in remiſſionem conſenſum, ſi felicem proceſſus pacti remiſſorii euentum expectet.

a) Nullibi enim, etiam poſt emiſſas edictales, tranſactionem credi- 13.
toribus offerre prohibitum eſt; hinc illae nec his caſibus proceſſui pacti remiſſorii poſſunt eſſe impedimento. Quid? quod ex eadem ratione, poſt publicatam deſignationis ſententiam, de tranſactione pariter atque de noſtro proceſſu inſtituendo, cogitari poſſit, cuiusmodi exemplum coram iudicio mercator. Lipſiens. anno 1752. in cauſa I. C. M. obuenit, vbi quis concreditorum id effecit, vt ob remiſſionem a maiori parte creditorum factam, vnus diſſentiens, vt aeque remitteret, etiam in ſuprema appellationis inſtantia, iuris ciuilis auctoritate coactus ſit.

b) Nam inſtituto proceſſu pacti remiſſorii, edictales denegantur, quia in Ordinat. Iudicii Mercator. Lipſiens. non praeſcribuntur, et noti ſunt creditores, vti pronunciatum eſt a Scabinatu Lipſienſi in cauſa G. et D. Menſ. Octobris 1745. Hinc ſi quis impenſas requiſitionis metuat, opus eſt, vt ad vnicum quod ſupereſt, remedium, ſcilicet proceſſum

Vtroque caſu citatio edictalis ſub poena praecluſi emiſſa, id praeſtat vtilitatis, vt emanentes contumaciae accuſati, bonis, quibus iam debitor ceſſit, excludi: comparentes vero, qui vel ipſi, vel per procuratores adſunt, tanto facilius ad amicabilem compoſitionem conuocari queant. Expedit autem, quinimo neceſſe eſt, vt debitor curſum iudicii vniuerſalis iam ſiſtat, et praeter edictales nihil admittat, ſed iudicem roget, vt ſubhaſtationem, auctionem, et alia quae inſequuntur, differat. [c]) Adhaec vtile eſt, ſi debitor in termino liquidationis ſtatim tranſactionem creditoribus offerat, eosque ſine mora ad illam perficiendam citari petat, vt diſputatione alias inſtituenda ſuperſedere, et impenſis parcere poſſint. Datur etiam alius, absque ceſſione bonorum praecedente, ſingularis, proceſſus pacti remiſſorii, caſus, vbi videlicet obaeratus priuatim effecit, vt ei plurimi creditorum partem debiti iamiam remiſerint, et nunc reliquos, vt eidem pacto remiſſorio accedant, citari petit; nam Ordinatio Iudicii Mercatorum Lipſienſis, ceſſionem bonorum ſolennem non omnino requirit, ſed tantum caſum ponit: Wenn der mehrere Theil der Gläubiger dem Schuldner einen Erlaß thun will, modo debitor ea, quae dicta Lex praeſcribit, rite obſeruet. [d])

CAP. II.

ceſſum concurſus refugiat, edictales expetat, hisque impetratis, rurſus ad proceſſum pacti remiſſorii recurrat.

c) Quodſi enim proceſſum concurſus continuari patiatur, id ſuo periculo facit, illasque opes fruſtra minuit, quibus tranſactione forte ſecuta, creditoribus ſatisfacere cupit.

d) Non itaque dubito, quin audiendus ſit debitor, qui iudici accuratam et facultatum ſuarum, et creditorum, quibus debet, conſignationem offert, plurium remiſſionem commonſtrat, et reliquos creditores, vt aeque remittant, citari petit. Quia vero debitor hoc modo electo

# CAP. II.
# DE PROCESSV PACTI REMISSORII IN SPECIE.

## §. I.

Proceſſus pacti remiſſorii eſt *Proceſſus ſummarius*, [a]) *quo abſque ordinarii iudicii ſolennitate, cum eiuſdem obaerati creditoribus, id agitur, vt credita deſignent, ſummatim demonſtrent, partem crediti prioritatis aut cambii iure deſtituti, remittant, eoque nomine tranſigant, tandemque, ſi maior pars creditorum, pro quantitate eius, quod iis debetur, computata, oblatam tranſactionem acceperit, reliqui diſſentientes, vt huic pacto plurium remiſſorio, accedant, per ſententiam compellantur.* [b]) Finis huius proceſſus eſt, vt creditores ſuum, quoad fieri poteſt, ſine mora conſequantur, moleſtiam ſolennis proceſſus concurſus

*Proceſſus pacti remiſſorii quid?*

electo, ſaluum conductum vix impetrabit, cum Leges hac de re ſileant, opus erit, vt antea, aut indultum moratorium quaerat, aut antequam dies obligationum venerit, iudicem imploret, aut ſi nec ita ſatis ſecurus eſſe poſſit, beneficio ceſſionis nihilominus vtatur. Is igitur, qui debitori eſt a conſiliis, ex circumſtantiis iudicabit, quid potius prodeſſe clienti videatur.

a) Equidem fateor, quod in terris Saxonicis proceſſus ſummarius ſit abrogatus *O. R. Append.* §. 1. Sed cum in all. hac Lege §. 2. dicatur: Gleichwie es auch wegen des Handels Gerichts zu Leipzig bey der ao. 1682. diesfalls publicirten beſondern Ordnung, und dem darinnen vorgeſchriebenen modo procedendi ſein Verbleiben hat, et noſter proceſſus pacti remiſſorii, vt mox docebo, formam in toto electoratu valituram, ex eadem Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſis, habeat, ex qua praeterea omnes cauſae, in hoc iudicio mercatorio ſummarie tractantur, dubium non eſt, quin et noſter proceſſus ſpeciem ſummarii conſtituat. 1.

b) Tota haec res perſpicue traditur in der Leipziger Handels Gerichts Ordnung Tit. XXV. et ſequentibus paginis tractabitur latius.

curſus effugiant, et ne debitor obaeratus, cui parum aut nihil imputatur, plane pereat. [c])

§. II.

*Num quid ea de re iure ciuili cautum?*

Ius ciuile quidem hunc, ex patriis Legibus ortum procedendi modum, ignorat; attamen hoc ſtatuit, vt pactio creditoribus obſit, *ſi conuenerint in vnum, et communi conſenſu declarauerint, quota parte debiti contenti ſint: ſi vero diſſentiant, tunc praetoris partes neceſſariae ſint, qui decreto ſuo ſequetur maioris partis voluntatem.* [a]) Adhaec *maiorem eſſe partem pro modo debiti, non pro numero perſonarum*, definit. Deinde *ſi aequales ſint in cumulo debiti, tunc plurium numerum creditorum praeferendum eſſe: in numero autem pari creditorum, auctoritatem eius ſequendam eſſe, qui dignitate inter eos praecellit: ſin autem omnia vndique in vnam aequalitatem concurrant, humaniorem ſententiam a praetore eligendam eſſe*, praecipit. [b]) Quo loco ante omnia monendum eſt, aequitatem non pati, vt hac in re, vbi de meo et tuo agitur, dignitas alicuius creditoris praeualeat, quia aequum eſt, vt iura paciſcentium ſint paria, et ex nouiori CONSTANTINI et LICINII

CINII

c) vid. *Banquerout. Mand.* §. 4. ibi: als wodurch nicht allein viele Leute einiger maaßen bey Credit, welcher ſonſt durch allzugroße Uebereilung auf einmahl übern Hauffen geworffen würde, zu erhalten, als auch die Creditores von einem beſchwerlichen Concurſe zu befreyen.

2. a) L. 7. §. vlt. ff. de pact.

b) L. 8. ff. de pact- Quaenam vero eſt humanior ſententia, quam praetor tunc eligit, vbi omnia vndique in vnam aequalitatem concurrunt? Hoc ICtus HERMOGENIANVS in L. 24. ff. de manumiſſ. interpretatur, qui ex *Lege Patronia*, ſi diſſonantes pares iudicum exiſtant ſententiae, pro libertate pronunciari iudicat. Quemadmodum vero libertas inaeſtimabilis res eſt: ita hoc caſu humanior ſententia ea cenſenda eſt, quae omnibus omnium eſt proficua, de quo iudex arbitrabitur.

CINII imperatorum conſtitutione, [c]) in omnibus rebus iuſtitiae aequitatisque ratio praecipua eſſe debet. Ceterum quamquam ſingularis procedendi modus, illis Legibus non praeſcribitur, nec iuris Romani proceſſus, apud nos eſt receptus: quia tamen ex plurium creditorum remiſſione reliqui, vt aeque remittant, firmiter obſtringuntur; credo equidem, quod aduerſus hos diſſentientes, ab iis quorum intereſt, [d]) caſu eueniente, ſummarie agi, et quia operoſa cauſae cognitione, adeoque ſolenni veritatis diſquiſitione hic opus vix eſt, officium iudicis tantum implorari poſſit. [e])

## §. III.

*Fundamentum proceſſus pacti remiſſorii ex iure Saxonico.*

Iure Saxonico idem pacti remiſſorii proceſſus firmiſſimum habet fundamentum. Nam Edictum Regium, das Mandat wieder die Banqueroutiers eum ex Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſi repetiit, et generaliter introduxit, vt intuitu aliorum debitorum, etiam non mercatorum, locum non minus

c) L. 8. C. de iudiciis

d) veluti a debitore, concreditoribus, etiam a tertio quodam cuius intereſt; nam in laudata Lege nemo excluditur.

e) BRVNNEMANN *de proc. concurſ. credit.* c. 1. §. 1. lit. c) deſiderat hoc loco, vt concurrant creditores, atque de remiſſione deliberent, quippe alias factum ſingulorum reliquos ad parilem remiſſionem non ſtringat. Hinc conſultius eſſe iudicat, ſi creditores citentur, propter rationes a MEVIO in *diſcuſſ. leuam. inopiae debitor.* c. 3. n. 109. ſequ. adductas, atque tunc, ſi quidam citati emanſerint, praeſentium remiſſionem, qui maiorem partem effecerint, abſentes obligare arbitratur, teſtimonio BERLICHII P. II. Dec. 236. n. 7. ſuffultus. Ego vero non habeo cur valde diſſentiam: hoc tantum addo, quod ita debitor, vel vnus alterue creditorum agere, et reliquos creditores citari curare poſſit. Ceterum ſi nonnulli creditores, partem debiti remittere, extra iudicium ſecum conſtituerint, his, imo etiam tertio qui hoc effecit, et cuius intereſt, ius agendi aduerſus reliquos creditores denegari nequit.

minus habeat. Denique omnia haec, nouiſſima quadam Deciſione denuo confirmata ſunt. Quo difficilius autem ille proceſſus, praeter Lipſienſes, alibi locorum in Saxonia, in vſum venit, forte quia ius ſtatutarium Lipſienſe non vbiuis cognitum fuit, aut quo citius, etſi contra legislatoris intentionem, ne dicam cum ingenti ipſorum creditorum damno, rurſus in deſuetudinem abire coepit, eo magis operae pretium eſſe exiſtimo, ipſa Legum verba huic tractationi apponere, partim vt principis voluntas in memoriam redeat, partim vt ius ſtatutarium Lipſienſe, quo tota res conficitur, ab omnibus cognoſcatur.

*Ex Mandat. Reg.* wider die *Banqueroutiers* §. 4.

*Ex Mandato Regio* wieder die *Banqueroutiers*.

§. 4. Denn ob wir wohl den ſtracken Lauf des Wechſelrechts aufzuheben, oder demſelbigen einigen Abbruch zu thun, nicht gemeynet ſind; So finden Wir dennoch um ſo viel weniger Bedencken, ſolches auf dergleichen kurtze Zeit ſuſpendiren zu laſſen, als es in der That zu derer ſämmtlichen Creditoren ſelbſt eigenen Beſten gereichet, damit inzwiſchen unterſuchet werden möge, wie es mit der Maſſa bonorum beſchaffen, und ob ſolche den Schuldner zu retten, zulänglich, oder die Sache ſonſt mit derer Creditorum Bewilligung, und zwar nach Anleitung deſſen, was §. 16. verordnet, durch Güte gehoben werden könne, als wodurch nicht allein viele Leute einigermaſſen bey Credit, welcher ſonſt durch allzugroſſe Uebereilung, auf einmahl übern Hauffen geworffen würde, zu erhalten, ſondern auch die Creditores von einem beſchwerlichen Concurſu zu befreyen, und folglich das gantze Commercium zu befördern.

§. 5. §. 5. Binnen dieſer Zeit nun ſoll die Handlung bey Kaufleuten, entweder nach vorherbeſchehener Verpflichtung, durch

die

die darinnen bereits ſtehende Buchhalter, oder andere Diener, oder durch ſonſt hierzu geſchickte Leute, welche dem debitori an die Seite zu ſetzen, und ohne deren Wiſſen und Einwilligung, ihme in der Handlung etwas zu thun, nicht zugelaſſen, adminiſtriret, zugleich aber auch ſelbige ſowohl, als des Schuldners übriges Vermögen und Effecten, auch auſſenſtehende Schulden, nach Befinden mit Zuziehung einiger verſtändigen Kaufleute, welche von iedes Orts Magiſtrate zu ernennen, und hierzu ebenmäſſig zu verpflichten ſind, allenfalls gegen billigmäſſige Vergeltung, unterſuchet, und die Creditores ſo viel möglich, zumahl, wenn ſich fände, daß der debitor gröſtentheils ſoluendo wäre, zu einigem Remiſſ, auf Maaſſe und Weiſe, wie §. 16. mit mehrern verſehen, oder zulänglicher Nachſicht, zu diſponiren geſucht werden, wie denn auch dem Schuldner, daferne er durch richtige Urkunden oder ſonſt darthun könnte, daß er aus unverſehenen, ohne ſeine Verwahrloſung entſtandenen unglücklichen Zufällen, als: wegen erlittenen Brandes, Schiffbruchs, fremder Fallimenten, böſer Schulden, groſſer Diebſtähle, und dergleichen, in Abfall der Nahrung gerathen, nach Befinden auf erſtatteten Bericht zu Unſerer Landes Regierung, durch Ertheilung weitern Anſtandes, oder ſonſt, geholffen werden, auch dieſes alles ihm an ſeinen Ehren unſchädlich ſeyn ſoll. Immaſſen denn mit denen andern Perſonen, ſo nicht Kauf und Handelsleute, es ebenmäßig alſo zu halten, und deren Güter, auch übriges Vermögen, iedoch mit möglichſter Einziehung derer Unkoſten, in Adminiſtration zu nehmen, und wo es ſich thun laſſen will, an ſichere Leute und die meiſtbiethenden, vermittelſt öffentlichen Anſchlages, zu perpachten.

§. 16. Was ferner ꝛc. wenn der mehrere Theil derer Gläubiger, dem Schuldner einen Erlaß thun will, wie damit zu verfahren, und, wie weit die übrigen dergleichen zu thun ſchuldig, in der Leipziger Handels Gerichts Ordnung Tit. 25. diſponiret, ſolches ſoll ebenfalls in Zukunft allenthalben obſeruiret, und darnach ſo wol bey Kauf- und Handelsleuten, als bey allen andern, erkennet und geſprochen werden; Jedoch mit dieſer Erklärung, daß hierunter die Creditores Hypothecarii, und die denenſelben vorgehen, keinesweges mit begriffen, die übrigen aber allerſeits, wenn es auch gleich Wechſel-Creditores wären, an den Accord des mehrern Theils derer Gläubiger, welche nicht nach Anzahl derer Perſonen, ſondern nach der Größe ihrer Forderungen, oder da die Forderungen gleich wären, nach der Anzahl derer Perſonen zu rechnen, verbunden ſeyn ſollen.

Leipziger Handels-Gerichts-Ordnung *Tit. XXV.*

## Der Leipziger Handels-Gerichts-Ordnung *Tit. XXV.*

### Wann der mehrere Theil der Gläubiger dem Schuldner einen Erlaß thun will, alſo daß die übrigen dergleichen thun ſollen, wie damit zu verfahren.

Alldieweiln es auch zu mehren mahlen geſchiehet, daß bey ereigneten Fallimenten, etliche Creditores zuſammen treten, mit dem Schuldner ſich vergleichen, demſelben an ihren angegebenen Forderungen, einen Nachlaß thun, und hierdurch die übrigen Mitgläubiger zu gleichmäſſigen Remiſſ obligiren wollen, dabey aber öfters groſſe Gefährde und Betrug mit vorzugehen pfleget; Als ſetzen und ordnen wir Krafft dieſes, daß in Zukunft dergleichen pacta, die Creditores anderer Geſtalt nicht binden

ſollen,

ſollen, als wenn hierunter nachgeſetzte Requiſita genau in Acht genommen worden. Und zwar ſoll

1) der Schuldner, wenn er auf ſolche Maaße mit ſeinen Gläubigern accordiren will, dieſelben allerſeits vor das Handelsgerichte berufen laſſen. Hiernechſt

2) bey der erſten Zuſammenkunft ein richtiges Verzeichniß aller und ieder ſeiner Gläubiger, ingleichen eine Specification ſeines gantzen Vermögens, an Immobilien, Mobilien, Baarſchaft, auſſenſtehenden Schulden, und wie es Nahmen haben mag, übergeben, auch ſeine Handelsbücher und Schuldregiſter, oder do hierzu ſo bald nicht zu gelangen, zum wenigſten eine förmliche glaubwürdige Bilance vorlegen. Dann

3) ein ieder Gläubiger ſeine liquidirten Praetenſiones ſummariſch beſcheinigen. Ferner und

4) der Schuldner, nach vorgehenden ſcharfen Verwarnung, vor der ſchweren Strafe des Meineydes, worzu auch einer oder mehr Geiſtliche zu gebrauchen, vermittelſt Eydes zu erhalten, und daß er ſein geſamtes Vermögen richtig offenbaret, und davon nichts verſchwiegen, allerſeits Gläubiger auch dasjenige ſo ſie praetendiret, und er ihnen eingeräumet, wahrhaftig und keiner ein wenigeres zu fordern habe, ſchwören. Hierüber

5) aus dieſen allen, daß die ſämtlichen Gläubiger ihre Befriedigung vollſtändig entweder gar nicht, oder doch ſchwerlich erhalten können, gnugſam zu erſehen ſey, und

6) der mehrere Theil der Gläubiger, welcher doch nicht nach Anzahl der Perſonen, ſondern nach Größe der Summen, ſo ſie fodern, zu rechnen, den Nachlas verwilliget.

Auf ſolchen Fall nun, und wenn keines an dieſen Requiſitis ermangelt, anderer Geſtalt aber nicht, ſoll der wenigere

Theil ſolchen Accord ebenmäßig anzunehmen ſchuldig ſeyn, alſo daß, do gleich einer oder der andere, demſelben zu wiederſprechen ſich unterſtünde, dennoch darauf nicht zu ſehen, ſondern deſſen unerachtet, dem Accord gemäß zu verfahren. Gleichwohl iſt dieſes nur von denen Gläubigern, ſo einerley Recht haben, zu verſtehen, und auf die hypothecarios, oder welche abſonderlich priuilegiret, und denen ſonſt der Vorzug gebühret, nicht zu erſtrecken, als welchen ihr Recht, des getroffenen Accords ungeachtet, billig unvermindert verbleibet.

Deciſ. Elector. XXVI. de anno 1746.

## Deciſio Electoral. XXVI. de anno 1746.

### Ob ein Wechſel-Gläubiger, wenn er vom Concurs praecludiret, oder der mehrere Theil der Creditoren ſich mit dem Schuldner verglichen, des Wechſel-Rechts ſich wider denſelben gebrauchen könne?

Daß ein Wechſel-Gläubiger, an den Accord des mehrern Theils der Creditorum verbunden, iſt bereits in Unſerm, wider die Banqueroutiers ergangenen Mandat §. 16. verordnet, wobey es nochmahls bewendet, und mag in dieſem Fall der Creditor, ſo ſich einmahl bey dem Concurs gemeldet, ungeachtet er die ihm nach Proportion zugetheilte ratam nicht angenommen, oder ſich von dem Concurs nachgehends losgeſaget, ſich des Wechſel-Rechts, wenn er ſich gleich ſolches ausdrücklich reſeruiret, wider den Schuldner weiter nicht gebrauchen, dahingegen denen, ſo ſich bey dem Concurs nicht angegeben, und dahero oder ſonſt davon praecludiret worden, ſich an des Schuldners Perſon zu halten, und das Wechſel-Recht wider ihn zu exerciren zwar unbenommen bleibet; Jedoch aber ſoll in dieſem Fall, wenn der Wechſel-Schuldner die Bezahlung leiſtet, der-

ſelbe

ſelbe zwar des Wechſel-Arreſts erlaßen, das erlegte Geld aber ins gerichtliche Depoſitum genommen, und an den Wechſel-Gläubiger andrergeſtalt nicht verabfolget werden, als bis ſämtliche Creditores, ſo ſich bey dem vorhero entſtandenen Concurs, oder da der Schuldner Unſerm, wieder die Banqueroutiers ergangenen Mandat, ſich nach denen darzu erforderlichen Requiſitis gebührend ſubmittiret, bey denen diesfalls angeſtellten Handlungen, ſich gemeldet, ihrer Anforderungen halber behörige Befriedigung erlanget.

Hae ſunt Leges cardinales, quibus noſter proceſſus pacti remiſſorii innititur, quamuis negari non poſſit, quod iis quaedam poſtea, tum datis ſingularibus reſcriptis, tum vſu forenſi acceſſerint, quorum omnium ſcientia requiritur, ſi quis illum plene cognitum habere velit, et quorum ſuo loco mentionem iniicere non intermittam.

## §. IV.

*Iudicium mercatorum Lipſienſe huic proceſſui dat normam.*

Patet ex adductis Legibus, quod eadem alibi locorum, quae in Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſi, hac de re continentur, obſeruari debeant; vnde ſequitur, vt alia iudicia Saxonica normam a iudicio Mercatorum Lipſienſi accipiant. Quaecunque igitur Lipſiae in hoc proceſſus genere, aut introducta ſunt, aut vſu ſeruantur, ea per Edictum regium, das Banqueroutier Mandat, nunc omnibus Saxoniae ciuibus et ſubditis cenſentur praeſcripta; quare proceſſum in iudicio Mercatorum Lipſienſi vſitatum cognitum habere, aliis, et iudicibus, et aduocatis, omnino prodeſt.

## §. V.

*Quis hunc proceſſum inſtituere poſſit?*

Cuiuscunque intereſt, negotium ceſſionis bonorum finiri, et qui de remittenda debiti parte, cum creditoribus paciſci

paciſci poteſt, aut cum nonnullis eorum iam pactus eſt, is iure meritoque hunc pacti remiſſorii proceſſum inſtituere valet.[a]) Iam vero non debitoris tantum ſed et aliorum, cauſam ceſſionis bonorum componi, intereſſe, et tam ipſe obaeratus, quam alius quidam, paciſci cum creditoribus eo nomine poteſt;[b]) quamobrem, vterque quin ius agendi hoc proceſſu habeat, ambigendum non eſt.

§. VI.

*Quid a parte debitoris hoc caſu requiratur.*

Quando autem ipſe debitor ex Legibus Saxonicis hoc iure vti vult, in ea ſit conditione in genere neceſſe eſt, vt beneficio ceſſionis dignus iudicari poſſit,[a]) et in ſpecie requiritur 1) vt ſine fraude ſit obaeratus, 2) pluribus debeat, 3) ne fugae ſe commiſerit,[b]) ſed vt 4) iudicem adierit, eique veram cum eorum quae adhuc in bonis habet, tum aeris alieni conſignationem exhibeat, tandemque 5) non tantum omnes creditores, ad ineundam tranſactionem, ad iudicem conuocet, ſed et reliqua quae Ordinatio Iudicii Mercatorum Lipſienſis deſiderat, praeſtare poſſit.[c])

§. VII.

5. a) Nam exceptio *tua non intereſt*, repellit quemque agentem, et pactio remiſſioque plurium creditorum efficit, vt reliqui diſſentientes, qui pacto remiſſorio accedant, compellantur.

b) Id quod debitoris intereſt, facile patet: ſed et aliorum, qui vel ad familiam debitoris pertinent, vel eius heredes ſunt, vel qui in numero creditorum deprehenduntur, vel qui ab horum quoquam ius ceſſum habent, intereſſe poſſe palam eſt.

6. a) Nam et facultas agendi ex pacto remiſſorio, et ad illud celebrandum, eſt beneficium iuris debitori ſimul datum, quod tamen decipientibus plane denegatur.

b) Haec enim requirit das Mandat wieder die Banquerоutiers §. 12. it. §. 6. et 10. vbi poenae malitioſi decoctoris definiuntur, et imprimis debitor fugitiuus, qui ad emiſſas edictales non rediit, imfamis, omnibusque beneficiis iuris indignus declaratur.

c) vid. *Banquerout. Mand.* §. 3. et Ordinat. Iudic. Mercator. Lipſ. Tit. 25.

## §. VII.

Ponamus tamen debitorem ante compoſitam litem vor beendigten Accorde deceſſiſſe, quaeritur: an tertia perſona, veluti defuncti vxor, heres, aut alius quidam, proceſſum noſtrum, vel a viuo debitore inchoatum iam continuare, vel denuo mouere *ex iure Saxonico* poſſit? Reſpondeo, neutrum permitti. Nam Leges Saxonicae imprimis reſpiciunt perſonam debitoris, et omni caſu, illius non tantum bonam fidem, ſed et iuratam eorum quae propoſuit, confirmationem, ad euitandam fraudem requirunt, quippe quod poſt eius mortem nec inquiri ſatis, nec praeſtari ab alio poteſt. [a])

*An tertia perſona hunc proceſſum a debitore inchoatum continuare, aut ipſa mouere ex iure Saxonico poſſit?*

## §. VIII.

Quod ſi tertius, qui nihil debet, in Saxonia proceſſum noſtrum intendat, ei quidem ius patrium non aſſiſtit, attamen ius commune ciuile ſubſidio venit; hoc enim, quod inter omnes conſtat, etiam in Saxonia, poſt Leges domeſticas valiturum, receptum eſt, et cuiuis, cuius intereſt, quiue cum creditoribus paciſci poteſt, auxilium praeſtat, vi cuius ob id, quod plures creditores, certa debiti parte ſe fore contentos, declarauerint, reliquos adhuc repugnan-

*Quo iure tertius, qui nihil debet hac in re gaudeat?*

a) vid: *h. Cap. II. §. 6.* Ita quoque pronunciarunt Scabini Lipſienſes Menſ. Octobr. 1746. in cauſa G. et D. vbi, cum duo ſocii bonis ceſſerint, quorum alter, creditoribus ad tranſigendum iamiam citatis, deceſſerat, etſi defuncti vidua cum alterius ſuperſtitis debitoris vxore denuo tranſactionem obtulerit, et ex *Ordin. Iudic. Mercator. Lipſienſ. Tit. XXV. et Mandat. Reg.* Wieder die *Banquerout. §. 16.* ad perficiendum pactum remiſſorium egerit, pluriumque creditorum remiſſionem demonſtrauerit, tamen reliquos diſſentientes, vt pacto accederent, cogendos non eſſe iudicatum fuit, quia mortuo altero debitore, Legi ſatisfieri non poſſet. 7

repugnantes, vt eandem debiti partem ex voluntate plurium accipiant, cogere poteſt. [a]) At vero ius Saxonicum hunc caſum intactum, adeoque iuris ciuilis auctoritati merito locum reliquit. [b]) Quae cum ita ſint, tertius ille omnino audiendus, et quidem indiſtincte, ſiue viuo debitore, [c]) ſiue eo mortuo, [d]) cum creditoribus paciſcatur, admittendus eſt, ſi proceſſu pacti remiſſorii vtatur, eandemque ob cauſam, creditores ad iudicium legitime vocet, *modo fundamentum agendi in ſolo iure ciuili ponat.* [e])

§. IX.

8 a) vid. *L. 7. §. 17. 18. 19. L. 8. L. 10. pr. §. 2. L. 11. L. 12. L. 14. L. 15. L. 16. pr. ff. de pactis.*

b) Idque clarius patet, ex ipſa *Ordin. Iudic. Mercator. Lipſienſ. in fine:* Alſo ſoll in allen und ieden articulis iuris et proceſſus, worinnen diesfalls keine Aenderung getroffen, oder Erklärung geſchehen, bey dem, was in **gemeinen** oder Sächßiſchen Rechten, in Unſern Landes-Conſtitutionibus, Ausſchreiben, Policey-Proceß-Appellation-Hof-Gerichts- und dergleichen Ordnung, verſehen, oder auch durch beſtändigen Gebrauch und Obſervanz eingeführet, und hergebracht worden, allenthalben ungeändert und ungehindert bleiben.

c) vid. *L. 7. §. 18. in fin. ff. de pact.* Etenim creditrix I. R. A. in cauſa fratris D. G. T. L. ad cuius bona concurſus motus et ſententia deſignationis iam lata erat, vivo debitore ac eo probante, tranſactionem creditoribus obtulit, et parte debiti a pluribus remiſſa, id effecit, vt ao: 1743. ab Ordine ICtorum Lipſiens. pronunciaretur, vt vnicus diſſentiens, ob iuris ciuilis diſpoſitionem, pacto remiſſorio accedere teneretur; quae ſententia et in appellationis inſtantia Menſ. Septbr. 1744. et poſt interpoſitam leuterationem iterum Menſ. Maii 1745. confirmata fuit.

d) Ita quoque in cauſa I. C. M. poſt mortem debitoris, tertia perſona R. S. S. Legibus ciuilibus ſuffulta, ob remiſſionem plurium creditorum, aduerſus refragantes egit et obtinuit, per ſententiam a Curia Supr. Prouinc. Lipſ. Menſ. Iun. 1754. latam, et a Summo Prouocationum Senatu Menſ. Nouembr. 1755. confirmatam, leuteratione a reo interpoſita, reiecta.

e) Ceterum ius ciuile latius patet, et extra Saxoniam, vbi domeſtica Lege illi non derogatur, ipſi debitori etiam facultatem ita paciſcendi et agendi concedit.

## §. IX.

De herede obaerati debitoris, eo minus dubitandum eſt, quin eodem, cum quolibet tertio, vtatur iure, adeoque hunc pacti remiſſorii proceſſum recte inſtituat, quia non poteſt deterioris conditionis eſſe aliis perſonis extraneis, eiusque, qui defunctum repraeſentat, ac eius facta praeſtat, omnium maxime intereſt, cauſam ceſſionis bonorum finiri. [a]) Sed praeterea hanc in rem expreſſa Legis verba extant: *Si ante aditam hereditatem paciſcatur quis cum creditoribus*, VT MINVS SOLVATVR, *pactum valiturum eſt.* [b]) Heres itaque tam ante quam poſt aditam hereditatem, ita paciſci et agere poteſt. [c]) Et cuicunque ius agendi competit, ei proceſſus, quem cauſae indoles admittit, non poteſt denegari.

*Quid de herede debitoris dicendum?*

## §. X.

Etiam ceſſionarius, veluti ſi quis creditorum, vel heres debitoris, ius ſuum ceſſerit alii, hoc iure gaudet, quatenus illud cedenti competebat; nam et hoc ius cedere nullibi prohibetur, adeoque ius cedentis, et hoc caſu in

*Quid de ceſſionario, de tutore, et de curatore hereditatis iacentis obaeratae?*



a) Accedit quod quilibet heres famam et fidem defuncti, quantum poteſt, liberare teneatur, quod magis fit pacto remiſſorio celebrato, quam excitato concurſu, quippe qui cum defuncti aliqua contumelia coniunctus eſſe ſolet. *conf.* MEV. *P. VIII. Dec. 59 et 60.* Quamuis enim ceſſio bonorum, et concurſus in ſe quidem infamiam non irroget, *L. 11. C. Ex quib. cauſ. infam. irrog.* pudorem tamen et famam valde affligit et laedit, ſic venire et proſtitui defuncti bona, vid. *L. 28. ff. de reb. auctorit. iudic. poſſidend.* Tenebitur itaque heres, pactum remiſſorium, ſolenni concurſui praeferre.

b) *L. 7. §. 17. iunct. §. 18. ff. de pactis. L. 16. pr. ff. eod.*

c) Quodſi vero heres antea hereditatem adeat, proderit ei, cum beneficio inuentarii adiiſſe; quo facto non tantum vltra vires hereditatis non tenebitur, ſed et creditores ad tranſigendum eo facilius commouebit.

in ceſſionarium transferri manifeſtum eſt. [a]) Idem de tutore dicendum eſt, qui cum pupilli creditoribus, de certa debiti quantitate remittenda, tranſigit; etenim nomine pupilli valide paciſci, et huius commodum promouere, adeoque eius etiam qua tutoris intereſſe poteſt. Adhaec ICtus PAVLVS hac in re, *tutoris quoque pactum pupillo prodeſſe*, diſertis verbis teſtatur. [b]) De curatore hereditatis iacentis obaeratae, num idem facere et proceſſum pacti remiſſorii mouere poſſit, res eſt ambigua, quippe cuius, etſi forte paciſcendi facultatem in genere habeat, tamen vix ac ne vix quidem intereſſe videtur. Cum vero curator hereditatis iacentis ea, quae hereditatis ſubſtantiae augendae, aut alias proſunt, facere teneatur, [c]) cumque bona diſtrahere, nec non aes alienum ſoluere quodammodo queat, [d]) denique cum proceſſus pacti remiſſorii ſimul vtilitatem creditorum reſpiciat, [e]) credo equidem, quod idem curator, cuius ex officii ratione omnino maxime intereſt, pro

10 a) Sic hodie non raro fieri ſolet, vt extraneus quidam nomina creditorum nonnullorum emat; quo facto, cum illius intereſſe coeperit cauſam componi, reliquis creditoribus merito tranſactionem offerre, et minorem partem, ex tranſactione plurium, conuenire poterit.

b) *L. 15. ff. de pact.* ad quam Legem intelligendam, eae quae antecedunt, conferendae ſunt; ex his enim ſimul perlectis de eo conſtat, quod *all. L. 15.* de pacto remiſſorio loquatur.

c) Iurat enim inter alia: Daß er des defuncti Vermögen unterſuchen, auch alles dasjenige, was zur Vermehrung der Maſſe dienlich, wie nicht weniger derſelben, und der Verlaſſenſchaffts-Sache Beſtes, wie einem treuen Curatori hereditatis iacentis oblieget, allenthalben beobachten will.

d) *vid. L. 1. et 4 ff. de curat. bonis dand.* quo loco tamen monendum eſt, quod hodie tam diſtractio bonorum, quam aeris alieni ſolutio, non niſi officio iudicis implorato, ac eius auctoritate interueniente, permittatur.

e) vid. quae hac de re ſupra dicta ſunt *h. Cap. §. 1. lit. c.*)

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/42 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

pro viribus hereditatis, [f]) creditoribus transactionem offerre, iisque vt amicabilem compoſitionem moleſto proceſſui concurſus praeferant, ſuadere, quinimo aduerſus minorem creditorum partem agere, et vt haec ad accedendum ad pactum remiſſorium, compellatur, poſcere poſſit. Quia tamen hodie eiusmodi curator hereditatis iacentis iurat: daß er keinem Intereſſenten vor dem andern etwas per gratificationem einräumen, noch auch richtige Forderungen in Zweifel ziehen, oder gar läugnen ꝛc. ꝛc. ohne des iudicii Vorbewuſt, und Conſens keine Proceße anfangen wolle, neceſſe eſt, vt omnia quae intendit, non niſi praeſcitu et conſenſu iudicis competentis peragat. [g]) Ceterum omni caſu, quo fundamentum proceſſus pacti remiſſorii in ſolo iure ciuili ponitur, ea quae ius Saxonicum debitori praeſtanda iniungit, procul dubio ceſſant.

 §. XI.

f) Nec enim curator hereditatis iacentis, vltra vires hereditatis, creditoribus quicquam debet: neque tamen minus, quam ſubſtantia patitur, ſoluere poteſt. Ante omnia igitur in vires hereditatis inquirendum, et perpendendum eſt, quantum ſit, quod inter creditores diſtribui poſſit; de quo vt eo rectius conſtet, potiſſimum expenſarum, quas proceſſus continuandus exigit, habenda eſt ratio, et deducendum, quantum hae expenſae requirunt, ne creditoribus plus offerat curator, quam praeſtari poteſt.

g) Scilicet intentio curatoris iudici proponenda, et quantum ſaluis impenſis offerri creditoribus poſſit, item, quod ineundo pacto remiſſorio, maxime creditorum commodo conſulatur, demonſtrandum, ſimulque facultas cum creditoribus paciſcendi, et pro re nata aduerſus diſſentientes agendi, expetenda eſt. Quo facto, et a iudice probato, operam dare pacto remiſſorio ineundo poteſt curator. Cum vero neſciat, quot et quibus creditoribus debuerit defunctus, opus erit, vt, quam primum apparuerit, hereditatem nimis eſſe obaeratam, terminum liquidationis praefigendum, eoque nomine edictales petat, vt hoc modo innoteſcant creditores, iiſque vel eorum procuratoribus, poſtea citationes commode inſinuari queant. Deinde in ipſo liquidationis termino tranſactionem creditoribus haud incongrue offert.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/43 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## §. XI.

*Coram quo iudice inſtitui noſter proceſſus queat?*

De Iudice in proceſſu pacti remiſſorii competente, ſupereſt quaeſtio, quem quidem edictum regium das Banqueroutier-Mandat, eum conſtituit, cuius iurisdictioni debitor obaeratus ſubeſt. [a]) Moribus vero res ita ſe habet: apud Lipſienſes, a mercatoribus bonorum ceſſio declaratur, coram iudicio ciuitatis vor denen Stadt-Gerichten, et de pacto remiſſorio ſeparatim agitur, coram iudicio mercatorum vor dem Handels-Gerichte. [b]) Alibi, vt et Lipſiae in cauſis non mercatorum, quamuis iudicium mercatorum Lipſienſe, aliis iudiciis hac in re det normam, tamen coram iudice ordinario debitoris obaerati competente, et bonis cedendum, et de pacto remiſſorio agendum eſt; nam vtroque caſu, ſi dicendum quod res eſt, debitor partes rei tenet, et creditores quaſi ad agendum prouocat.

## §. XII.

*Quid iure Luſatico de proceſſu pacti remiſſorii cautum, iudicatur.*

Cum Luſati nobiscum communem principem habeant, haud incongruum erit, ſi et iuris Luſatici mentionem faciamus, et illa inde capita, quae huc ſpectant, addamus. Scilicet in Luſatia Superiori *Mandatum Regium*, Wegen des *Banqueroutiren* [a]) promulgatum eſt, quod cum eo, quod in Electoratu eſt introductum, fere omni ex parte conuenit, niſi excipias proceſſum pacti remiſſorii, cuius forma in Luſatia Superiori ſpecialius definita eſt, quapropter *laudati Edicti*

11 a) Ibi enim dicitur: es hat derſelbe ſich zuförderſt bey ſeiner ordentlichen Obrigkeit anzugeben *B. M. §. 3.*

b) *Nam Ordinat. Iudic. Mercat. Lipſienſ. Tit. XXV.* cauet: Und zwar ſoll der Schuldner, wenn er auf ſolche Maaße mit ſeinen Gläubigern accordiren will, dieſelben allerſeits vor das Handels-Gerichte beruffen laßen.

12 a) *de dato Varſouiae die 5. Iunii 1726.*

*Edicti §us XVI.* hoc loco imprimis notari et huc transſcribi meretur, cuius verba haec ſunt:

Und weilen bey dergleichen Fallimenten öffters geſchiehet, daß einige Creditores zuſammen treten, mit dem Schuldner ſich vergleichen, demſelben an ihren angegebenen Forderungen einen Nachlaß thun, und hierdurch die übrigen Mit-Gläubiger zu einem gleichmäßigen Remiſſ zu obligiren ſuchen; darbey aber öffters dennoch große Gefährde und Betrug mit vorzugehen pfleget; So ſollen in Zukunfft dergleichen Pacta, die Creditores anderergeſtalt nicht binden, als wenn hierunter nachgeſetzte Requiſita genau in Acht genommen worden, als:

1) Soll der Schuldner, wenn er auf ſolche Maaße mit ſeinen Gläubigern accordiren will, dieſelben allerſeits vor der Obrigkeit zuſammen beruffen laßen; Nechſt dem

2) Bey der erſten Zuſammenkunfft, ein richtiges Verzeichniß, aller und ieder ſeiner Gläubiger, ingleichen eine Specification ſeines ganzen Vermögens, an Immobilien, Mobilien, Baarſchafft, außenſtehenden Schulden, und wie es Nahmen haben mag, übergeben, auch ſeine Handels-Bücher und Schuld-Regiſter, oder, da hierzu ſo bald nicht zu gelangen, zum wenigſten eine förmliche glaubwürdige Bilance vorlegen. Denn

3) Ein ieder Gläubiger ſeine liquidirten Praetenſiones ſummariſch beſcheinigen, Ferner und

4) Der Schuldner nach vorgehender ſcharffen Verwarnung vor der ſchweren Straffe des Mein-Eydes, worzu auch einer oder mehr Geiſtliche zu gebrauchen, vermittelſt Eydes, erhalten, und daß er ſein geſammtes Vermögen richtig offenbahret, und davon nichts verſchwiegen, allerſeits Gläubigere,

digere, auch dasienige, ſo ſie praetendiret, und er ihnen eingeräumet, wahrhafftig, und keiner ein wenigers zu fordern habe, ſchweren; Hierüber

5) Aus dieſen allen, daß die ſämmtlichen Gläubiger ihre Befriedigung vollſtändig, entweder gar nicht, oder doch ſchwerlich, erhalten können, gnugſam zu erſehen; Und

6) Der mehrere Theil der Gläubiger, welcher doch nicht nach Anzahl der Perſonen, ſondern nach Größe der Summen, ſo ſie zu fordern, zu rechnen, den Nachlaß verwilliget; Auf ſolchen Fall nun, und wenn keines an dieſen Requiſitis ermangelt, anderer geſtalt aber nicht, ſoll der wenigere Theil ſolchen Accord ebenmäßig anzunehmen ſchuldig ſeyn, alſo daß, da gleich einer oder der andere, demſelben zu widerſprechen, ſich unterſtünde, dennoch darauf nicht zu ſehen, ſondern deßen ohnerachtet, dem Accord gemäß zu verfahren; Jedoch mit dieſer Erklärung, daß hierunter die Creditores hypothecarii, und die denenſelben vorgehen, keinesweges mit begriffen, die übrigen aber allerſeits, wenn es auch gleich Wechſel-Creditores wären, an den Accord des mehrern Theils der Gläubiger, welche nicht nach Anzahl der Perſonen, ſondern nach der Größe ihrer Forderungen, oder da die Forderungen gleich wären, nach der Anzahl derer Perſonen zu rechnen, verbunden ſeyn ſollen. [b])

Quamuis vero haec proceſſus pacti remiſſorii in Luſatia Superiori introducta forma, plane eadem ſit, quam quae in Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſi praeſcribitur; id tamen inde obſeruare licet, quod et in Luſatia Superiori

b) Reliqua quae ad ceſſionem bonorum, aut alias huc pertinent, et in *Mandato* wider die *Banqueroutiers* §. 3. 4. 5. in Electoratu Saxoniae, et incorporatis terris, praeſcripta ſunt, in *Mandato Luſatico* iiſdem verbis reperiuntur repetita. *vid. ſupra Cap. II. §. 3. p. 18. et 19.*

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/46 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Superiori proceſſus noſter ſit ſummarius, idemque in iudicio mercatorum Lipſienſi conſuetus procedendi modus ſeruari debeat. Hinc et omnia, quae hac de re dicta ſunt, aut poſtea dicentur, apud Luſatos quam facillime locum inuenient. In Luſatia Inferiori, quantum ad me perlatum eſt, Edictum noſtrum wider die Banqueroutiers in Electoratu promulgatum ſequuntur.

## §. XIII.

Nec inutile, aut a re noſtra plane alienum fore arbitror, hoc loco ius, quod in Sileſia, de pacto plurium et proceſſu pacti remiſſorii nunc valet, paucis commemorare, ſiquidem commercii cauſa, eius notitiam habere, illorum intereſſe poteſt, qui cum Sileſiis negotiantur, atque his vel merces, vel pecuniam credere ſolent. Videlicet nouo quidem codice Fridericiano promulgato, vna cum toto iure ciuili etiam id, quod in eo de pacto plurium creditorum remiſſorio ſtatutum erat, abrogabatur: at vero cum poſtea e re eſſe videretur, hanc minimum iuris ciuilis partem in vſum reuocare; Rex Boruſſorum, Supremae Curiae Vratislauienſi ea de re hunc in modum reſcripſit:

*Quid apud Sileſios hac de re ſtatutum et praeceptum, paucis annectitur.*

Friedrich, König in Preußen ꝛc. ꝛc. Unſere Freundſchafft auch gnädigen Gruß und geneigten Willen zuvor, Hochgebohrner Fürſt, beſonders lieber Oheimb, auch Hochwohlgebohrne, Wohlgebohrne, Veſte und Hochgelahrte Räthe, beſonders liebe, und liebe getreue. Wir ertheilen Euer Lbdn. und Euch, auf Ihren und Euern allerunterthänigſten Bericht und Anfrage, den von der zurückgelaßenen Ehe-Frau, des, Schulden halber auſer Landes entwichenen D. K. deßen Creditoribus offerirten, und von dem gröſten anſehnlichſten Theil

derſelben angenommenen Vergleich betreffend, hiermit zur Reſolution, wie zwar in dem vierdten Theil Unſers Codicis §. 186. die Diſpoſitio iuris communis, daß bey dem Concurs, minor pars Creditorum demienigen folgen müße, was maior pars beſchloßen, abgeändert worden ſey; Weil wir aber nach der Zeit bey verſchiedenen Gelegenheiten, in Unſern Cabinets-Ordres, Unſere höchſte Willens-Meynung dem iuri communi gemäß declariret, mithin es vor wie nach dabey bleiben muß, nach dieſem es aber nöthig iſt, daß iedes mahl per ſententiam erkennet werde, ob die diſſentirende Creditores dem, von denen conſentirenden, beliebten Vergleich beyzutreten ſchuldig ſind oder nicht; wie wir Ewr. Lbdn und Euch diesfals auf des Meuii diſcuſſionem Leuaminum inopiae debitorum Cap. III. des mehrern verweiſen; Als iſt auch im gegenwärtigen Fall Unſer Wille und Befehl an Euch, daß Ewr. Lbdn und Ihr hierunter nach Vorſchrifft des gemeinen Rechtens verfahren, und rechtlich erkennen, auch künfftig in ähnlichen Fällen Euch darnach gehorſamſt achten ſollet. Sind Ewr. Lbden mit Freundſchafft und guten Willen wohl beygethan, und Euch mit Gnaden gewogen. Gegeben Berlin den 28. Febr. 1756. Auf Sr. Königl. Majeſt. allergnädigſten Special-Befehl.

v. Jariges.

## CAP. III.

# DE IIS QVAE INITIO PROCESSVS PACTI REMISSORII A PARTE TVM IVDICIS TVM IMPLORANTIS FIVNT.

### §. I.

*Quae apud Lipſienſes a iudicio ciuitatis in cauſa mercatoris obaerati peraguntur.*

Antequam apud Lipſienſes, in cauſa mercatoris debitoris, proceſſus pacti remiſſorii poſſit inchoari, plerumque [a]) fieri ſolet, vt coram iudicio ciuitatis, bonorum ceſſio declaretur; qua admiſſa, idem iudicium 1) debitorem iureiurando Lege praeſcripto [b]) obſtringit, eique 2) inſtrumentum publicum, publico ſigillo munitum, quo ſaluus conductus, quem vocant, ad tres menſes, aduerſus quosuis etiam cambiales creditores conceditur, [c]) exhibet, 3) ſequeſtrum, nec non 4) curatorem bonorum conſtituit, quorum ille, quod negotiationem obaerati bona fide adminiſtrare, eius vtilitatem promouere, indeque nihil in rem ſuam vertere: hic autem, quod credita debitoris diligenter exigere, litem nullam ſine iudicii conſenſu mouere, pecuniam forte acceptam in iudicio deponere, ac id omne, quod non tam ſuae quam communi rei prodeſt, ſummo ſtudio agere velit, iureiurando confirmat. Notandum tamen eſt, quod iudicium praetorium, etiamſi poſtea pactum remiſſorium perficiatur, curam bonorum retineat et continuet, item quod ſaluum conductum ad preces debitoris,



a) Nam eo caſu, quo absque ceſſione bonorum ſolenni praecedente, huic proceſſui locus eſt, ſola debitoris fides ſpectatur, adeoque iudicii ciuitatis officio et auctoritate, opus non eſt. *vid. ſupr. Cap. I. §. 13. inf.*

b) *Banquerout. Mand.* §. *3.*

c) *Banquer. Mand.* §. *4.* Quo ſecuritatis beneficio conceſſo et declarato, ſine mora de his, quae obuenerunt, ad regimen principis refertur.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/49 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

toris, toties quoties opus eſt, a principe petat, donec tota cauſa ſit finita.

§ II.

*A iudicio praetorio haec coepta cauſa defertur ad iudicium mercatorum.*

Quibus in iudicio praetorio ſeu ciuitatis peractis, ibidem decernitur, vt eorum notitia ad collegas, qui iudicio mercatorum praeſunt, perueniat. Quodſi enim iam de transactione atque de pacto remiſſorio cogitetur, totum hoc negotium, apud Lipſienſes, ſoli mercatorum iudicio commiſſum eſt,[a]) cuius auctoritate, tam creditores omnes ad amicabilem compoſitionem citantur, quam ii, qui transactioni reſiſtunt, pro re nata coguntur.

§. III.

*Formula, qua iudicium mercatorum, ea de re certius redditur.*

Scilicet conficiuntur litterae, quibus cauſa in iudicio praetorio hactenus coepta, membris iudicii mercatorum exponitur, hunc in modum:

Es hat bey uns I. C. A. Bürger und Handelsmann allhier in Schrifften anbracht, wie daß er durch allerhand zugeſtoßene Unglücks-Fälle, in Verfall ſeiner Nahrung gerathen, und in ſolche Umſtände verſetzet worden, daß ſein Vermögen zu Befriedigung ſeiner Gläubiger nicht mehr zureichend ſey, und dahero um Sicherheit wider dieſelben angeſuchet. Nachdem nun derſelbe die, n dem allergnädigſten Mandate wider die Banqueroutiers §. III. vorgeſchriebenen praeſtanda erfüllet, das eydliche Angelöbniß geleiſtet, und wir ihm hierauf ein frey ſicher Geleite, wider ſeine Wechſel und andere Creditores auf Drey Monathe, von untengeſetzten dato an, ertheilet; Als haben unſeren Hochgeehrteſten Herren und Collegen, wir ſolches nebſt Beyfügung der von dem Schuldner übergebenen Specifica-

2 a) Nam in *Ordinat. iudic. Mercat. Tit. XXV.* aperte dicitur: Und ſoll der Schuldner, dieſelben allerſeits vor das Handels-Gerichte beruffen laßen.

cification ſeines Vermögens, auch activ und paſſiv Schulden, zu fernerer Verfügung notificiren ſollen, in Collegialiſcher Freundſchafft verharrende.

## §. IV.

*Eadem alibi, et Lipſiae in cauſis non mercatorum, vſu non ſeruantur.*

Alibi locorum in Saxonia, vt et Lipſiae in cauſis non mercatorum, haec ita ſeparatim et in diuerſis iudiciis non tractantur, ſed idem omnia peragit obaerati debitoris iudex. [a]) Ratio enim, cur Lipſiae mercator proceſſum pacti remiſſorii, coram iudicio mercatorum inſtituat, haec eſt, quia coram eodem, omnes Lipſienſes mercatores, in cauſis ad mercaturam pertinentibus, ſuum ſingulare ſortiuntur forum. [b]) Cum vero haec ratio in aliis non mercatoribus, et extra Lipſienſium moenia ceſſet, efficitur omnino, vt quis non mercator apud Lipſienſes, aut in reliquis Saxoniae vrbibus, aliisque locis, quilibet, ſiue bonis cedat, ſiue transactionem creditoribus offerat, ſiue ex pacto remiſſorio agat, non niſi ordinarii, et competentis iudicis auctoritate vti poſſit. [c])

## §. V.

*Qui proceſſum noſtrum intendit, is*

Qui vero cum creditoribus, de certa debiti quantitate paciſci, atque proceſſum pacti remiſſorii mouere vult, is



ante

a) Cui totam eiusmodi cauſam cognoſcendam et definiendam reliquit *Mandat. Reg.* wider die *Banquerout*iers §. *3. et 4.* vbi dicitur: der Obrigkeit iedes Orts. 4

b) Vid. Leipz. Handels-Gerichts-Ordnung *Tit. II.* in verbis: alle Sachen, da der Beklagte ein Handels-Mann iſt, und die von Mercanz, Handlung und Wechſel herkommen, dieſelbe angehen, und davon dependiren, es werde perſonaliter oder realiter, nemlich auf eine gantze Handlung, Handels-Waaren oder Effecten geklagt, und betreffe Wechſel oder Rück-Wechſel, Buch-Schulden, Geld Anlehn, Lagio, Kauffen, Verkauffen und Vertauſchen der Waaren, und dießfalls beliebte Pacta ꝛc. ꝛc.

c) Ita Saponarius Lipſienſis, ſolum coram praetorio iudicio, et bonis ceſſit, et creditores ad tranſigendum conuocauit an. 1735.

*α) extra iudicium tranſigendi animum creditoribus declarat.*

ante omnia quidem de eo ſolicitus eſſe debet, vt animus tranſigendi creditoribus pateſiat, et vberius extra iudicium, per litteras conſuetas einen Umlauf, quibus verus cauſae ſtatus enarrandus, et quantum offerri poſſit, bona fide proponendum eſt, [a]) declaretur, vt ii quorum intereſt, ſecum deliberare, et quid ſentiant, et vtrum transactionem oblatam accipiant, ſua ſubſcriptione ſignificare queant. Quid hoc in negotio, a parte aduocati, agendum ſit, et quid vtilitatis praeſtet, ſi tranſigens niſi plurium tamen nonnullorum conſenſum, in debiti partis remiſſionem, impetrauerit, in ſuperioribus docui. [b]) Hoc loco incidit quaeſtio: an expediat creditoribus, transactionem recuſare? quod ego nunquam ſuadeo, quoniam illorum durities, atque hac in re tergiuerſatio, plerumque facit, vt ſubſtantia facultatum, iis, quae interea temporis, tam in iudicio, quam extra iudicium expendenda veniunt, ita deminuatur, vt poſtea vix tertia aut quarta pars quantitatis, quae initio oblata erat, praeſtari poſſit. [c])

§. VI.

5 a) Nimirum infortunii cauſae exponuntur, et ex formula ceſſionis bonorum repetuntur: porro, quantum in bonis debitoris superſit, indicatur, eoque nomine breuis conſignatio et opum, et eorum quae debet, eine Bilanz adiicitur: adhaec certa quaedam quantitas, vel pecuniae vel etiam mercium, certo tempore ſoluenda, offertur; denique taedium et moleſtia ſolennis proceſſus concurſus, nec non aliae, quibus moueri creditores ad miſericordiam, aeque ac transactionem ipſis proficuam eſſe, iudicare poſſint cauſae, adducuntur; quibus omnibus adduntur preces, vt creditores oblata debiti parte contenti ſint, et de reliqua parte remittenda, cum offerente paciſcantur.

b) Vid. *Cap. I.* §. *10. et animaduerſ. ſub lit. c) et d)*.

c) Cuiusmodi exempla ſaepe occurrunt. Imprimis autem notatu dignum eſt, quod ante ſedecim annos coram iudicio mercatorum Lipſienſi contigit. Etenim in cauſa I. D. M. an. 1742. creditoribus tres decimae, 30. pro Cent, animo tranſigendi a debitore offerebantur:

## §. VI.

*nec non β) iudicium mercatorum implorat, vt creditores ad amicabilem compoſitionem, et ineundam tranſactionem, citentur.*

Praeterea ſine mora precibus adeundum eſt iudicium mercatorum, vt amicabilis compoſitionis terminum conſtituat, et creditores ad concordiam tentandam, et ad pactum remiſſorium cum eo, qui certam debiti partem offert, ineundum, nec non ad credita deſignanda, et ſummariter demonſtranda citet. Quodſi enim haec imploratio diu differatur, facile fit, vt ſolennis concurſus proceſſus initium capiat, cum iudex deſiderium tranſigentis ignoret, illius autem officium poſtulet, vt ne ſine ratione cauſae creditorum remoras faciat, ſiquidem a iudicio praetorio, ad ea, quae cauſae indoles requirit, peragenda, zu fernerer Verfügung, de ceſſione bonorum facta, certius redditum eſt iudicium mercatorum. [a])

## §. VII.

*Formula, qua ipſe debitor tranſactionem offerens vti ſolet.*

Litterae ad iudicium mercatorum directae, quibus ipſe debitor communis hac in re vti ſolet, huiusmodi ſunt argumenti:

Ewr. ꝛc. ꝛc. werden von denen löbl. Stadt-Gerichten bereits Nachricht erhalten haben, daß, da ich ohne mein Verſchulden in Abfall meiner Nahrung gerathen, ich mich genöthiget geſehen, das flebile beneficium ceſſionis bonorum zu ergreif-

tur: at vero difficiles et tranſactionem recuſantes creditores efficiebant, vt debitore interea plane ad incitas redacto, anno 1744. vix decem centeſimae, 10. pro Cent, praeſtari poſſent, quas tandem nihilominus tranſigentes lubentiſſime accipiebant.

a) Nam ab arbitrio vel debitoris, vel alius cuius intereſt, omnino 6
pendet, vtrum tranſigere cum creditoribus velint, et proceſſum pacti remiſſorii, eo fine introductum, exoptent. Hoc iudici explicandum eſt, alias poſt ceſſionem bonorum factam nihil ſupereſt, quam vt proceſſui concurſus creditorum, locus relinquatur.

ergreiffen, und dem, ins Land ergangenen allergnädigſten Banqueroutier-Mandate, mich zu ſubmittiren. Wie ich nun wünſchte, zu Vermeidung mehrerer Weitläufftigkeiten, mit meinen Herren und Frauen Gläubigern, einen gütlichen Accord zu treffen, auch zu dem Ende einem ieden dererſelben, für ihre bey mir habende Forderung,

Zwantzig pro Cent.

hiermit offerire, und die eine Hälffte davon ſo fort bey Aufhebung der Sequeſtration, die andere Hälffte aber Sechs Monathe darnach zu bezahlen verſpreche; Alſo erſuche Ewr. ꝛc. ꝛc. gehorſamſt, Dieſelben wollen, nach Maasgebung der Handels-Gerichts-Ordnung, des forderſamſten, einen gütlichen Verhörungs-Termin, zwiſchen mir und meinen ſämtlichen Gläubigern, anzuberaumen, und dieſelben zu Ertheilung ihrer Erklärung: ob ſie den vorgeſchlagenen Accord anzunehmen gemeynet? ingleichen zu kürtzlicher Liquidir- und Summariſcher Beſcheinigung ihrer habenden Anforderungen, reſpectiue vermittelſt requiſition ihrer ordentlichen Obrigkeit vorzuladen hochgeneigt geruhen: Ich bin mit aller Hochachtung ꝛc. ꝛc.

## §. VIII.

*Formula qua vtitur tertia perſona primum in genere.*

Si tertia perſona ſecundum literam iuris ciuilis agere, atque imprimis conſilium BRVNNEMANNI[a]) ſequi velit, neceſſe eſt, vt ante omnia iudicem roget, qui omnes creditores conuocet, vt hi concurrant, atque de transactione ineunda, et partis debiti remiſſione, deliberent; cuiusmodi exexemplum, in iudicio mercatorum Lipſienſi, anno 1752. in cauſa I. C. M. hunc in modum obuenit:

Ewr.

a) Vid. *L. 7. §. vlt. ff. de pactis et* BRVNNEMANNI conſilium ſupra Cap. II. §. 2. animaduerſ. ſub lit. e) allegatum.

Ewr. ꝛc. ꝛc. iſt ex Actis ſattſam bekannt, was maaßen meiner Conſtituentin Frauen R. S. S. Stief-Vater Herr I. C. M. ſich am 23. Iunii 1749. dem Banqueroutier-Mandat ſubmittiret, darauf auch nach vielen gütlichen Unterhandlungen in ſo weit, daß ein gewißes Liquidum erlanget werde, der Concurs eröfnet, und nach vorgängigen Verfahren ſuper Liquido et prioritate, endlich am 8. April 1752. das in denen Handels-Gerichts Actis Vol. II. fol. 225. befindliche Locations-Urthel, publiciret worden. Wie nun in dieſem Urthel in verſchiedenen Puncten auf Beweiß und Gegenbeweiß interloquiret, uud überdieß einige Appellationes dagegen eingewendet worden; So iſt leicht zu ermeßen, daß annoch viele Zeit und Unkoſten erfodert werden, ehe und bevor das Locations-Urthel allenthalben zur Rechts-Krafft gebracht, und darnechſt völlig purificiret werden dürffte; des Verluſts zu geſchweigen, der nicht abzuwenden, wenn die vorhandene Effecten per modum auctionis, oder durch fortwährende Adminiſtration, in das Geld geſetzet werden wollten. Da aber inzwiſchen Eingangs gedachter meiner Frauen Conſtituentin Stief-Vater I. C. M. am 22. May 1752. verſtorben, und darauf die meiſten Creditores angelegentlich gewünſchet, das Credit-Weſen bald beendiget, und ſich dadurch von noch größern, auſſerdem unvermeydlichen Verluſte, befreyet zu ſehen; Als hat ſich meine Frau Conſtituentin, auf die ihr diesfalls ausdrücklich gegebene, und offt wiederholte Veranlaßung, endlich entſchloßen, einen Verſuch zu thun, ob durch einen zutreffenden Tranſact, fernere Weitläufftigkeiten vermieden, und denen Creditoribus in kurzer Zeit, dieienige Befriedigung verſchaffet werden könnte, die nach Beſchaffenheit der Umſtände möglich iſt, gleichwohl aber bey Fortſetzung des weitläufftigen, und weit-

ausſehenden Concurs-Proceßes nicht zu erwarten ſtehet. Ewr. ꝛc. ꝛc. belieben aus der original-Beyfuge ſub A. des mehrern zu erſehen, was ich desfalls denen Creditoribus für eine Propoſition gethan, und wie bereits der gröſte Theil der Creditoren, ſolche ohne Einſchränkung acceptiret und angenommen. Meiner Conſtituentin iſt es ihres Orts vollkommen gleichgültig, ob der vorgeſchlagene Accord zur Volkommenheit komme oder nicht, immaaßen der einzige Vortheil, den ſie davon in Anſehung ihrer eignen Befriedigung erwarten könnte, durch den dabey zu leiſtenden Vorſchuß, und die zu übernehmende Gefahr, ziemlich überwogen wird. Um iedoch dem Verlangen des gröſten Theils derer Creditoren nicht zu entſtehen, welche vermeynen, daß durch einen, über angezogenes Pactum plurium, anzuberaumenden Verhörs-Termin, die Sache zu erwünſchter Endſchafft befördert werden könnte, will ſie hierdurch ergebenſt bitten: einen baldigen Verhörs-Termin anzuberaumen, und auf denſelben ſämmtliche im Locations-Urthel enthaltene = = niſche Creditores dergeſtalt zu citiren, daß dieienigen, ſo den Accord bereits angenommen, ihre darunter befindliche Hand- und Unterſchrifft recognoſciren, die diſſentientes über das, in der Beyfuge ſub A. bereits vorhandene Pactum plurium, mit meiner Frau Conſtituentin, und denen Conſentientibus, die Güte pflegen, in deren Entſtehung mit ihnen darüber kürzlich verfahren, und darnechſt, daß darauf die Gebühr verfüget werde, erwarten. Gleichwie dieſes Suchen der Billigkeit gemäß iſt, und das gemeinſchafftliche Beſte geſammter Creditorum zur Abſicht hat; Alſo will an geneigter Willfahrung nicht zweifeln, zugleich aber um baldige Expedition um ſo mehr anſuchen, da ein längerer Verzug meine Conſtituentin außer Stand ſetzen würde, den offerirten, und von

mehr

mehr als zwey Drittheilen der Creditorum, bereits acceptirten Accord zu erfüllen; der ich übrigens mit beſonderer Hochachtung verbleibe ꝛc. ꝛc.

Prudentiae tamen regulae, quas et ICtus, harum litterarum auctor, egregie ſecutus eſt, omnino ſuadent, vt tranſigens antea priuatim, plurium conſenſum in remiſſionem impetrare, ſummo ſtudio allaboret; fieri enim poteſt, vt nemo creditorum, qui hoc caſu tantum monitorie citantur, compareat, et ita totum negotium irritum fiat et inane. Si vero plures iam conſenſerunt, hi lubentiſſime non tantum comparebunt, ſed et, in remiſſionem ſe iam conſenſiſſe, denuo publice fatebuntur, eoque efficient, vt iam ad Acta certum fiat, an maior pars creditorum transegerit, et ita pactum plurium remiſſorium exiſtat, item quinam ſint illi, qui adhuc diſſentiunt, et contra quos nunc ex pacto remiſſorio cum effectu agi poſſit.

## §. IX.

*Formula qua vtitur tertia perſona aduerſus diſſentientes in ſpecie.*

Tentata inter tranſigentem et creditores concordia, pluriumque in remiſſionem conſenſu publice declarato, iam ex ipſo pacto plurium remiſſorio, aduerſus diſſentientes agitur, eoque fine litterae conficiuntur, quibus iudex denuo imploratur, quarumque ſumma haec eſt:

Nachdem meine Conſtituentin Frau R. S. S. mit ihres verſtorbenen Stief-Vaters I. C. M. Creditoribus gerichtlich einen Vergleich geſchloßen und vollzogen, nach deßen Inhalt, ſämmtliche Chirographariſche Gläubiger mit 33⅓ pro Cent befriediget worden; So haben ſämtliche Creditores dieſen Vergleich angenommen, ausgenommen L. I. C. F. und

 Conſort.

Conſort. und Frau C. K. und Conſorten. Da aber gegenwärtig ein zu Recht beſtändiges Pactum Remiſſorium iuris ciuilis, nach Maasgebung des L. 7. §. 19. et L. 8. ff. de pactis vorhanden, und da unſtreitig der gröſte Theil der Creditorum darein gerichtlich conſentiret hat, die wenigen diſſentientes ſolchem ebenfalls beyzutreten verbunden ſind, hierauf auch nach wörtlichen Inhalte obangezogener Geſetze, rechtlich erkannt werden muß; Als ergehet an Ewr. ꝛc. ꝛc. mein dienſtergebenſt Erſuchen, darüber rechtlich erkennen zu laßen, zuvor aber, damit die Partheyen um ſo weniger Urſache haben, ſich darüber, daß ſie übereilet, und mit ihrer rechtlichen Nothdurfft nicht genugſam gehöret worden, zu beſchweren, einen kurzen Termin zum Verhör, und Pflegung der Güte, euentualiter aber zum Verfahren, und Inrotulation derer Acten, anzuberaumen, und ſelbige darzu ſtilo conſueto zu citiren, ſolche Citationes auch ihren hierſelbſt befindlichen Gevollmächtigten, nemlich Herrn L. I. C. F. und Conſorten, in Actis Vol. II. fol. 49. n. 9. legitimirten Mandatario, Herrn L. C. G. S. und Frauen C. K. und Conſorten, in Actis Vol. II. fol. 187 [b] ſequ. legitimirten Actori, Herrn D. I. G. L. inſinuiren, mir aber davon gewöhnliche Notification ertheilen zu laßen, der ich in Erwartung rechtlicher Willfahrung, und baldiger Expedition, mit aller Hochachtung verbleibe ꝛc. ꝛc.

*Huius implorationis fundamentum.* Firmiſſimum quidem eſt fundamentum, quo hae litterae nituntur, partim in pactione remiſſoria, a maiore creditorum parte, iamiam facta, partim in iure ciuili expreſſo, [a]) poſitum.

a) Poterat quidem commemoratio iuris in his litteris, ſicut in omni libello moribus fieri ſolet, omitti, quia iura nouit curia. Vtile tamen atque ſalutare erat ius commemoraſſe, quia contentio quaedam hac

ſitum. Ego tamen nec illius preces reiiciendas eſſe arbitror, qui ſub ſpe pacti remiſſorii celebrandi, creditores conuocari petit. [b]) Ceterum iisdem litteris, et omnes creditores, vt, ad declarandum an tranſigere velint, conuocentur, et ſi plures pacti ſint, vt diſſentientes legali modo, ad accedendum ad pactum remiſſorium compellantur, peti poteſt. Illud vero ambiguum eſt, an tertia perſona, viuo debitore, et initio ſtatim, id eſt, antequam ſolennis concurſus proceſſus inchoetur, proceſſum pacti remiſſorii inſtituere queat; quod equidem partim ob generalem Legis diſpoſitionem, partim ob deficientem prohibitionem, affirmandum eſſe cenſeo.

*Tempus quo implorare tertia perſona iudicem poſſit.*

## §. X.

Quodſi a tranſigente, vt plerumque fit, procurator ſit conſtitutus, qui cuncta illius nomine peragat, is mandatum, quo inſtructus eſt, producere tenetur, ne nullitatis vitio proceſſus aliquando laboret. [a]) Haberem, quod hoc loco de mandato, in iudicio mercatorum Lipſienſi vſitato, agerem, atque eius requiſita, quorum quaedam ſingularia ſunt, percenſerem; ſed quia commodior ea de re agendi, paulo poſt ſe offeret occaſio, hinc eius tractationem ſequentibus paginis reſeruo.

*Mandatum procuratoris a tranſigente conſtituti producendum eſt.*

hac in re inter patrias Leges, et ius ſubſidiarium ciuile videbatur adeſſe; imo quaedam ICtorum Collegia in ea ſunt opinione, vt tertiae perſonae, facultas ex pacto remiſſorio agendi, competere non poſſit.

b) Vid. *Cap. II. §. 2. animaduerſ. ſub lit. e) item §. 8. lit. c)*

a) Hoc enim in omni cauſa generale eſt, vt is, qui mandatario nomine agit, mandatum exhibeat. *O. R. Tit. VII. §. 1.* quare, nec in hoc proceſſus genere, negligi illud poteſt. 10

# CAPVT IV.
## DE
# CITATIONE.

### §. I.

*Iudex imploratus citationem decernit.*

Precibus tranſactionem offerentis, ad iudicem relatis, ab hoc terminus amicabilis compoſitionis conſtituitur, et citatio emittenda decernitur, [a]) idque regulariter ſemper fieri ſolet, niſi aut implorantem, iure pacti remiſſorii celebrandi, indeque agendi, indignum eſſe, aut eius plane nihil intereſſe, ſatis conſtet. Citatio autem hoc loco etiam, ſicut in genere, nihil eſt aliud, quam *legitima perſonae alicuius ad iudicium, iuſſu et auctoritate iudicis facta vocatio*, et vt rite non tantum ſit compoſita, ſed etiam inſinuata, requirit.

### § II.

*Citatio dilatoria triplex in hoc processu, in iudicio mercatorum Lipſienſi, eſt vſitata.*

Quoniam in iudicio mercatorum Lipſienſi introductum eſt, et in hunc vſque diem vſu ſeruatur, vt partes in qualibet cauſa, tribus vicibus citari queant, ita vt prima et altera vice citatis, et emanentibus, adhuc vlterior dilatio concedatur, adeoque tres dilatoriae citationes in vſu ſint; [a]) factum

1 a) Quod de litteris his oblatis regiſtratura, quam *praeſentationem* vocant, conficienda ſit, et quod ea ſecundum *O. R. Tit. II. §. 4.* in aedibus priuatis quoque confici poſſit, id intuitu omnium, quae iudici offeruntur, ſcriptorum, cautum et tralatitium eſt.

2 a) Dicitur enim in *Ord. Mercator. Lipſienſ. Tit. X.* Wenn aber der Beklagte zu beſtimmter Zeit alſo fort nicht erſcheinet, ſoll er **nochmahls** bey Vermeydung anderer Anordnung citiret, auch wenn er ſich hierauf noch nicht ſtellete, ohne fernern Aufſchub und Anſehen der Perſon, durch die Gerichts-Diener, auf das Rath-Hauß gebracht werden. Quae verba de more trium dilatoriarum introducto, et de eo, quod tertia

tia

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/60 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

factum inde eſt, vt idem citandi modus, adeoque trium dilatoriarum mos, et in hoc genere proceſſus ſit receptus.[b]) Et quemadmodum vſu fori, tertia citatio dilatoria, vim peremtoriae habere ſolet; [c]) ita etiam hoc caſu tertia demum citatio in ſe continet comminationem.

## §. III.

*Si debitor agat, contextus primae citationis, eiusque formula.*

Ad implorationem debitoris, prima vice partes citantur ita, vt 1) nullum termini ſpatium ex neceſſitate obſeruetur, tametſi plerumque trium vel quatuor hebdomadarum tempus concedi ſoleat, [a]) 2) nulla poena aut comminatio adiiciatur, [b]) ſed vt 3) debitor ipſe ſe ſiſtat, et libros ſuos mercatorios rationesque nominum, ſeine Handels-Bücher und Schuld-Regiſter producat, nec non denuo tranſactionem oblatam offerat, 4) creditores, minimum per procuratores mandato rite inſtructos, compareant, et inter illos, qui de remittenda debiti parte iam pacti ſunt, idem nunc publice confiteantur et agnoſcant, qui vero nondum

tia demum realis et cum apprehenſione coniuncta ſit, clariſſime teſtantur.

b) Ita tamen, vt tertia citatio non tam cum apprehenſione, quam ſub alia comminatione fiat, cum creditores inſtar reorum ſimpliciter haberi non poſſint, a quibus quaedam praeſtari debeant.

c) VVLTEIVS *de Iudiciis Lib. II. cap. 2. n. 172.*

a) Tempus quatuor hebdomadarum in hac prima citatione, quamuis in altera et tertia tres ſeptimanae ſufficiant, ideo forte concedi ſolet, vt res ad creditorum extraneorum notitiam tempeſtiue perueniat, atque hi vna cum praeſentibus, interea quodammodo deliberare poſſint, quid facere, an tranſigere, aut recuſare tranſactionem velint; imo propter citationis inſinuationem, quae vno die fieri non poteſt. 3

b) Nam ſi dicendum quod res eſt, prima haec citatio tantum eſt monitoria, vnde etiam in emanentes nulla contumaciae poena ſtatuitur; quare nec opus eſt comminatione quadam, nec ea ſuadenda, quoniam cum creditoribus id agitur, vt partem debiti remittant, adeoque damnum ſentiant.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/61 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

nondum conſenſerunt, an tranſactionem quoque probaturi ſint, nec ne, declarent, omnes tandem credita ſua deſignent, atque ſummariter demonſtrent, item vt concordia tentetur, eaque fruſtra tentata, quid iudex amplius decernat, expectent.

Eius formula haec eſt:

Demnach N. N. Bürger und Handelsmann allhier, in Schrifften angebracht, was maaßen er durch verſchiedene ihm zugeſtoßene Unglücks-Fälle in Verfall ſeiner Nahrung gerathen, und in ſolche Umſtände verſetzet worden, daß ſein Vermögen zu Befriedigung ſeiner Gläubiger, nicht mehr zureichend ſey; dahero um Sicherheit wider ſie angeſuchet, dieſe auch nach Erfüllung deßen, was ſolchem Falls in dem, wider die Banqueroutiers, ins Land ergangenen Mandate, vorgeſchrieben iſt, auf 3. Monathe erhalten: ſowohl ſämmtlichen ſeinen Gläubigern, zu Vermeydung eines weitläufftigen Concurs-Proceſſes,

Zwantzig pro Cent.

halb bey Aufhebung der Sequeſtration, und halb in 6. Monathen darauf zu bezahlen offeriret, [c]) und dieſelben zu Pflegung der Güte vorzuladen gebeten, wie die copeyl. Beyfugen des mehrern beſagen; hierauf auch der Achtzehende Iulii nächſtkünfftig, pro Termino ernennet worden; Als werden nachverzeichnete Gläubiger, ſammt dem Schuldner, hiermit citiret, gedachten Tages früher Zeit, vor dem Handels-Gerichte aufm Rathhauſe

c) Quodſi initio ſtatim, vt quandoque fieri ſolet, plurimi, vel nonnulli creditores, iamiam tranſegerint, certamque debiti a debitore oblatam partem ſe accepturos, declarauerint, idque iudici debitor indicauerit, huic primae etiam citationi hoc loco inſeruntur verba: ingleichen, daß die mehreſten ſeiner Gläubiger, dieſen ihnen vorgeſchlagenen Accord 20. für 100. bereits acceptiret hätten, vorgeſtellet.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/62 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Rathhauſe allhier gebührend, und zwar der Schuldner in Perſon, die Gläubiger aber wenigſtens durch gnugſam legitimirte Gevollmächtigte, zu erſcheinen; der Debitor ſeine Handels-Bücher und Schuld-Regiſter vorzulegen, und den anerbotenen Accord zu wiederholen: Die Gläubiger [d]) ihre Forderungen kürzlich zu liquidiren und ſummariſch zu beſcheinigen: hiernechſt darauf: ob ſie den vorgeſchlagenen Accord anzunehmen gemeynet oder nicht? ſich deutlich zu erklären, und hierüber mit dem Schuldner gütliche Verhör- und Handlung zu pflegen, in deren Entſtehung aber fernern Beſcheides zu gewarten. Signat. Leipzig den 23. Iunii 1755.

Deputirte zum Handels-Gerichte.

## §. IV.

*Poſt primam citationem debitor, ſi opus eſt, emittendam alteram a iudice petit.*

Quodſi ad primam citationem nonnulli creditores, vti fere ſemper contingit, emanſerint, [a]) debitoris eſt, vt iudicem denuo adeat, eique demonſtret, quod plurima pars creditorum, pactum remiſſorium iamiam comprobauerit, [b]) et quod horum aeque ac ſua etiam maxime interſit, vt coepta tranſactio perficiatur, atque tota lis componatur et finiatur. His addendae ſunt preces, vt qui emanſerunt

d) Eorum vero creditorum cauſa, qui iam conſenſerunt, hoc loco addi ſolent verba: welche ſolchen bereits angenommen, ſich darzu gerichtlich zu bekennen, quae deinde hic ſtilus ſequitur: die übrigen aber, ob ſie ſolchen Accord gleichfalls anzunehmen gemeynet oder nicht? ſich deutlich zu erklären: hiernechſt allerſeits ihre habende Forderungen kürzlich zu liquidiren ꝛc. ꝛc.

a) Quid agant in iudicio ii, qui ad primam citationem comparuerunt, Capite ſequenti dicetur.

b) Rationem, cur hoc iudici demonſtrandum ſit, expoſui Cap. I. §. 12. in fin. et ſub lit. d) pag. 13.

runt creditores, altera vice ſub poena 5. thalerorum, c) ad declarandum, an oblata debiti parte contenti eſſe, et tranſigere velint, item ad credita deſignanda et demonſtranda citentur. Cuiusmodi litterae implorationis hunc in modum componuntur:

*Litterarum implorationis formula.*

In dem, in Sachen, mein Credit-Weſen betreffend, am verwichenen 18. Iulii anberaumt geweſenen gütlichen Verhörs-Termine, ſind unterſchiedene meiner Herren Gläubiger, der ihnen richtig inſinuirten Citation ungeachtet, theils gar nicht erſchienen, theils zwar erſchienen, haben aber der Citation die ſchuldige Folge nicht geleiſtet. Da nun an Beförderung dieſer Sache mir und denen übrigen Gläubigern, die den Accord angenommen, und welche, wie ſich aus denen Acten des mehrern veroffenbahret, ſchon den gröſten Theil derſelben, nach der Größe ihrer Forderungen gerechnet, ausmachen, gar ſehr gelegen iſt; Als erſuche Ewr. ꝛc. ꝛc. ganz gehorſamſt, Dieſelben wollen nur erwehnte, meine im erſten Termine ausgebliebene Herren Gläubiger, und zwar die auswärtigen mittelſt Requiſition ihrer ordentlichen Obrigkeit, nunmehro anderweit, und bey 5. Thalern Straffe, zu Ertheilung ihrer Erklärung: ob ſie den zu 20. pro Cent vorgeſchlagenen Accord anzunehmen gemeynet? ingleichen zu Liquidir- und Beſcheinigung ihrer Forderungen, nebſt mir, des förderſamſten vor vor Sich zu laden, hochgeneigt geruhen. Ich bin mit allem Reſpect ꝛc.

## §. V.

*Requiſita ſecundae citationis, ac eius formula.*

His litteris iudici oblatis, citatio ſecunda decernitur, quae requirit, vt 1) ex obſeruantiae neceſſitate citandis ſpatium

c) Fundamentum huius poenae pecuniariae, ſub qua ſecunda citatio emittitur, paulo poſt adducam.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/64 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſpatium termini trium ſeptimanarum concedatur, 2) ea emittatur ſub poena pecuniaria 5. thalerorum, 3) vt et debitor, [a]) et 4) creditores, qui primae citationi haud paruerunt, ad iudicem vocentur, et hi quidem, vt, quod in primo termino intermiſerunt, nunc faciant, adeoque credita ſua deſignent, ſummariter demonſtrent, item an transactionem oblatam accepturi ſint, nec ne, declarent, cum debitore de amicabili compoſitione agant, et in caſum ſi concordia non obtineatur, quid iudex porro decernat, expectent.

Formula haec eſſe ſolet:

Demnach der, in N. N. Credit-Weſen, unterm 22. Iunii a. c. ergangenen Citation, nachverzeichnete Creditores keine Folge geleiſtet, und der Debitor um fernerweite Vorladung gebeten, wie die Beyfuge beſaget, angeſuchet; Hierauf auch der Dreyſſigſte dieſes Monats Septembris, pro Termino ernennet worden; Als werden die Partheyen hiermit citiret, und zwar ieder derer Creditorum bey Fünf Rthlr. Strafe: gedachten Tages früher Zeit, vor dem Handels-Gerichte, aufm Rathhauſe allhier, gebührend zu erſcheinen, die Creditores ihre Forderungen zu liquidiren, und ſummariſch zu beſcheinigen; hiernechſt, ſo weit es nicht allbereits geſchehen, darauf: Ob ſie den vorgeſchlagenen Accord anzunehmen gemeynet, oder nicht? ſich deutlich zu erklären, und hierüber mit dem Schuldner gütliche Verhör und Handlung zu pflegen, in deren Ent-



a) Quia debitor iamiam in prima citatione, vt libros mercatorios 5
et nominum rationes exhibeat, iuſſus eſt, et in primo termino procul dubio, ſuo non defuit officio, in hac altera citatione idem ab eo deſiderari non ſolet.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/65 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ſtehung aber Beſcheides zu gewarten. Wornach ſich zu achten. Sign. Leipzig den 3. Septbr. 1755.

Deputirte zum Handels-Gerichte.

## §. VI.

*Tandem debitor eos creditores, qui nondum conſenſerunt, tertia vice citari petit.*

Tandem creditores, qui nec ſecundae citationi paruerunt, tertia vice, et quidem ſub comminatione, vt in caſum contumaciae, pro conſentientibus habeantur, [a]) citari debitor a iudice petit; vbi tamen denuo, quod plurimi creditores, oblata debiti parte ſe fore contentos, declarauerint, [b]) et re ita comparata, commune commodum totius cauſae poſtulet finem, commonſtrare tenetur. Exemplum litterarum, quae eo nomine conficiuntur, et iudici offeruntur, ſic habe:

*Formula litterarum implorationis.*

In Sachen, mein Credit-Weſen betreffend, ſind zwar einige wenige meiner Herren Gläubiger, auch auf die andere an Sie ergangene Citation, in dem, am 30. Septbr. iüngſthin, anberaumt geweſenen Termine, aus einer ganz unerheblichen Urſache abermahls außenblieben. Nachdem aber denen übrigen meiner Herren Gläubiger, die den offerirten Accord bereits angenommen, und weit über Drey Viertheil, nach der Größe ihrer Forderungen gerechnet, ausmachen, ſowohl als mir, an Beendigung dieſes Credit-Weſens, gar ſehr gelegen iſt; Als erſuche Ewr. ꝛc. ꝛc. ganz gehorſamſt, Dieſelben wollen

a) Cum enim haec tertia citatio in effectu ſit peremtoria, ei merito illa comminatio inſerenda eſt, vt lis habeat euentum. Sed ſpeciale illius fundamentum paulo poſt adducam.

b) Id quidem nunc imprimis neceſſarium eſt, quia inde ratio, cur creditores adhuc diſſentientes, vltima vice ſub praeiudicio citentur, tandemque vt aſſentiant, cogantur, deſumitur; etenim pactio plurium creditorum, reliquis renuentibus potiſſimum obeſt.



SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/66 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

wollen dieienigen meiner Herren Gläubiger, die ich beygehend nahmhafft gemacht habe, und die bisher weder ihre Forderungen liquidiret und gebührend beſcheiniget, noch ihre Erklärung: ob ſie den von mir vorgeſchlagenen Accord anzunehmen gemeynet oder nicht? gethan haben, zum Drittenmahl, und zwar nunmehro unter der Verwarnung, daß bey ihren fernern Außenbleiben, dafür, als ob ſie gedachten Accord auf ihre Forderungen, wie ich ſolche angegeben, gleichfalls angenommen hätten, es gehalten werden ſolle, des forderſamſten vor ſich zu fordern hochgeneigt geruhen. Ich beharre mit allem Reſpect.

## §. VII.

*Indoles et requiſita tertiae citationis huiusque formula.*

Iudex vero ita imploratus, quam facillime et ſine mora tertiam citationem decernit, cuius indoles et requiſita haec ſunt: vt 1) citandis nunc etiam ſpatium termini trium hebdomadum concedatur, 2) mulcta pecuniaria, in ſecundo termino emanentibus, impoſita, exigenda reſeruetur, [a]) 3) qui ad ſecundam citationem officio ſuo defuerunt, vlterius vna cum debitore [b]) ad iudicium vocentur, vt 4) creditores credita deſignent ſummariterque demonſtrent, nec non, an oblatae tranſactioni aſſentiri velint? perſpicue declarent, et ea de re, cum debitore amice conuenire experiantur, haec autem omnia faciant, ſub expreſſa comminatione, vt in caſum contumaciae pro aſſentienti-



a) Hoc facto, magiſtratui ius exigendi hanc poenam competere, fas eſt, quamuis ea rariſſime exigatur. 7

b) Debitor quidem etiam tertia vice inſimul citatur, ſed nihil ſingulare ei iniungitur, ob rationem quam allegauimus *h. Cap.* §. *V. lit. a*) *pag.* 51.

bus, et quidem ſecundum quantitatem crediti, a debitore indicatam, [c]) habeantur.

Formula huius tertiae citationis talis eſt:

Demnach der, in N. N. Credit-Weſen, unterm 3. Septbr. a. c. anderweit ergangenen Citation, von nachverzeichneten Creditoribus keine Folge geleiſtet, und auf des Debitoris hierbey befindliches Suchen, der Zwey nnd Zwanzigſte Ianuarii 1756. gel. Gott! pro Termino ernennet worden; Als werden die Partheyen, und zwar ſo viel die Gläubiger betrifft, mit Vorbehalt der verwürkten Strafe, hierdurch fernerweit citiret, gedachten Tages früher Zeit, vor dem Handels-Gerichte aufm Rathhauſe allhier, gebührend zu erſcheinen; die Gläubiger ihre Forderungen kürzlich zu liquidiren und ſummariſch zu beſcheinigen: hiernächſt darauf: Ob ſie den vorgeſchlagenen Accord anzunehmen gemeynet oder nicht? ſich deutlich zu erklären, und hierüber mit dem Schuldner gütliche Verhör und Handlung zu pflegen, unter der ausdrücklichen Verwarnung, daß bey ihrem fernern Außenbleiben, dafür, als ob ſie den vom Schuldner vorgeſchlagenen Accord, auf ihre Forderungen, wie derſelbe ſolche angegeben hat, gleichfalls angenommen hätten, es gehalten werden ſolle. Wornach ſich zu achten. Signatum Leipzig den 13. Decembr. 1755.

Deputirte zum Handels-Gerichte.

## §. VIII.

*Fundamentum poenae et*

Cum ſecunda citatio poenam 5. thalerorum, et tertia grauiorem comminationem, vt in caſum contumaciae pro aſſen-

c) Quae clauſula vſu forenſi, in iudicio mercatorum Lipſienſi, ideo introducta eſt, vt iuſtum liquidum conſtitui queat, quod alias vix fieri poteſt, quia debitori lapſo fides non habetur, nec emanentes creditores, quantum ſit, quod iis debeatur, exponunt.

aſſentientibus habeantur, in ſe contineat, neceſſe eſt, vt vtriusque praeiudicii rationem et fundamentum ſpeciale conſideremus. Ratio maxime naturalis in eo conſiſtit, vt negotium coeptum habeat euentum, et vt ex creditorum declaratione certum fiat, an tranſigere velint, aut maior eorum pars ita iamiam tranſegerit, vt eam iudex decreto ſuo ſequi poſſit. [a]) Fundamentum vero ſpeciale ſuppeditat, Reſcriptum a Potentiſſimo Rege noſtro, ad Senatum Lipſienſem datum, quod, cum normam generalem praeſcribat, integrum ſubiicere par eſt:

*comminationis ſecundae et tertiae citationi inſeri ſolitae.*

**Friedrich Auguſt**, König in Pohlen ꝛc. ꝛc. Churfürſt zu Sachſen ꝛc. ꝛc. Liebe getreue. Uns iſt vorgetragen worden, was ihr, in Johann Benjamin Müllers Credit-Weſen, vom 1. Martii dieſes Jahres, nebſt denen hierbey zurückgehenden 2. Vol. Actor. allerunterthänigſt berichtet, und wie ihr ein und anders zu Unſerer Reſolution geſtellet. Allermaaßen Wir nun geſchehen laßen können, daß das Mülleriſche Hauß ꝛc. ꝛc.

Alſo begehren Wir im übrigen, was den Accord auf 20. pro Cent betrifft, ihr wollet nicht allein voritzo, die diſſentirenden Creditores auf einen gewißen Termin, und zwar das erſtemahl bey einer nahmhafften Strafe, das anderemahl [b]) aber

a) Niſi enim ſub poena creditores citentur, neque quantum iis debeatur, neque quot eorum tranſegerint, ad Acta ita fiet manifeſtum, vt tandem ſententia ferri poſſit.

b) Non eſt cur mireris, quod ſecundum huius Reſcripti verba, creditores primum ſub mulcta, et ſecunda vice ſub comminatione, vt pro conſentientibus habeantur, citari debeant; haec enim verba pro ſubſtrata materia intelligenda ſunt, ſiquidem in hac cauſa I. B. M. tunc demum, vbi creditores prima vice iam citati erant, et in primo etiam termino

aber dieienigen, ſo nicht pariren werden, unter der Verwarnung, daß ſie pro conſentientibus gehalten werden ſollen, förderlichſt citiren und vorladen, ſelbige zu gleichmäßigen Accord zu diſponiren, allen möglichen Fleiß anwenden, und ihre Erklärungen darüber, deutlich und zuverläßig, ad Acta verrichten laßen, ſondern auch in Zukunfft, in allen Credit-Weſen, zu Verhütung ſchädlicher und nachtheiliger Weiternng, die Gläubigere, iederzeit auf ſolche Maaße und unter der beniehmten Commination vorladen.

Mochten wir euch nicht bergen, und geſchiehet daran Unſere Meynung. Datum Dreßden am 28. May 1725.

Chriſtian Heinrich Drewer.

Gottlieb Froſt.

## §. IX.

*Si tertia perſona agat, idem fere procedendi modus eſt in vſu, vt tamen diſſentientes*

Quoties tertia perſona tranſactionem obtulit, et omnes creditores, tantum vt de ineunda tranſactione deliberarent, conuocari petiit, idem fere procedendi modus, quem tradidi hactenus, eſt in vſu; citantur enim creditores prima vice, gebührend zu erſcheinen, [a]) dieienigen ſo den vorgeſchlagenen Accord bereits angenommen, ihre darunter befindliche Unterſchrifft zu recognoſciren, [b]) die übrigen aber [c]) mit der Impe-

termino nonnulli eorum animum tranſigendi declarauerant, ad principem referebatur, et hoc reſcriptum impetrabatur.

9 a) Si creditores credita nondum deſignauerint et demonſtrauerint, citationi adhuc inſeruntur verba: allerſeits ihre habende Forderungen kürzlich zu liquidiren und ſummariſch zu beſcheinigen.

b) Quae verba omittuntur, vbi nemo creditorum adhuc tranſegit.

c) Hic etiam commode addi poteſt clauſula: Ob ſie ſolchen Accord gleichfalls anzunehmen gemeynet, oder nicht? ſich deutlich zu erklären, pono

Impetrantin gütliche Verhör und Handlung zu pflegen, und in deren Entſtehung fernern Beſcheides gewärtig zu ſeyn. [d]) Quoties vero tertius ille, deinceps ex pacto plurium creditorum remiſſorio, aduerſus minorem diſſentientium partem agit, equidem arbitror, quod hi etiam ſecunda vice, ſub poena 5. thalerorum, et tandem, ſub comminatione conſueta, vt pro conſentientibus habeantur, citari queant, [e]) quandoquidem hic procedendi modus, huiusmodi generis negotio egregie conuenit, nec impedit, quo minus diſſentientes iura ſua et exceptiones, contra implorantem, allegare, et cum eo diſceptare poſſint. Verum enim vero vſu forenſi effectum eſt, vt eo caſu hactenus, diſſentientes creditores, nec ſub mulcta, nec ſub alia comminatione, ſed tantum ad amicabilem compoſitionem, et hac non ſecuta, ad iurium breuem demonſtrationem [f]) citentur, hac formula conſueta:

*zum kürzlichen Verfahren citentur.*

Was Fr. R. S. S. wegen des, von Herrn Lic. J. C. F. und Conſ. ſowohl Fr. C. K. und Conſ. verweigerten Beytritts zu dem, zwiſchen ihr, und ihres Stief-Vaters J. C. M. weyl.

*Formula citationis.*

pono enim quod is qui officium iudicis implorauit, fundamentum agendi habeat.

d) Spatium termini vel vnius ſeptimanae, vel duarum aut trium, in hac prima citatione, ex arbitrio iudicis concedi ſolet.

e) Etiam huic vtrique citationi inſeri poſſent verba: Ob ſie den Accord gleichfalls anzunehmen gemeynet oder nicht? ſich deutlich zu erklären; de hac enim quaeſtione praecipue cum diſſentientibus agitur.

f) Quod Germanice exprimitur: zu kürzlicher Beybringung ihrer Nothdurfft, ſiue zum kürzlichen Verfahren. Et aliqua diſceptatio inter partes inſtituenda, hic imprimis neceſſaria eſt, quia perſonae implorantis exceptiones quaedam obſtare poſſunt, veluti, quod eius non interſit, aut quod nondum cum maiore creditorum parte pactus ſit.

weyl. Bürgers und Buchhändlers allhier, übrigen Creditoribus, getroffenen Vergleiche, angebracht und gebeten, das haben obbenannte Diſſentientes aus der copeyl. Beyfuge des mehrern zu erſehen. Wann dann die Sache in Verhör zu ziehen reſoluiret, und hierzu der **Neundte** Februarii nächſtkünfftig pro Termino g) ernennet worden; Als werden die Partheyen hiermit citiret, gedachten Tages früher Zeit, vor dem Handels-Gerichte aufm Rathhauſe allhier, gebührend zu erſcheinen, mit einander gütliche Verhör und Handlung zu pflegen, in Entſtehung des Vergleichs aber, ihre habende rechtliche Nothdurfft kürzlich ad Acta zu bringen, und den 16. Ejusd. der Acten Inrotulation zu gewarten. Wornach ſich zu achten. Signat. Leipzig den 23. Januar. 1753.

Deputirte zum Handels-Gerichte.

§. X.

*Num eundem procedendi modum et in aliis iudiciis, in eiusmodi*

Hac occaſione oritur quaeſtio: an idem procedendi et citandi modus, in iudicio mercatorum Lipſienſi vſitatus, quem huc vſque expoſui, etiam in aliis Saxonicis iudiciis, retinendus atque ſeruandus ſit: an vero praeſtet, ea in re, alibi Ordinationem Recognitam ſequi, atque adeo,

g) Hoc itaque caſu vix quatuordecim dierum ſpatium conceſſum, nec vlla poena aut comminatio adiecta eſt. Ego vero conſultius eſſe cenſeo, ſi etiam haec citatio, tam legitimum tempus, minimum trium ſeptimanarum, quam poenam, aut comminationem aliquam contineat, quoniam alias facile fieri poteſt, vt impune citati emaneant, atque tota citatio deſtituatur effectu, cum tamen iidem diſſentientes creditores iam ſemel citati ſint, et aduerſus eos, ex legitimo fundamento, ſcilicet ex pacto, cum maiore creditorum parte remiſſorio inito, agatur, vbi legislatoris intentioni omnino congruit, vt illi ad aſſentiendum cogantur. Quid? quod apud nos in Saxonia huc etiam pertinere videantur, quae tradita ſunt *h. Cap. §. 8. pag. 56.*

eo, vt in cauſis ordinariis, vnica citatione, integro tamen ſpatio Saxonico conceſſo, et principali comminatione, vt creditores emanentes pro conſentientibus habeantur, ſtatim inſerta, omnia vna expedire? Reſpondeo, quamuis poſterior via breuior, nec ob iteratas impenſas ſumtuoſior, adeoque ſi eligatur, commodior vtiliorque videatur; ego tamen nihiloſecius, illam iudicii mercatorum Lipſienſis procedendi rationem, alibi etiam locorum in Saxonia, retinendam eſſe iudico, quia primum legislator noſter, in Edicto Wider die Banqueroutiers, omnes iudices hac in re, proceſſum in Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſis praeſcriptum, vt ſeruarent iuſſit: [a]) et deinde creditores, qui ad tranſigendum commouendi ſunt, et quibus maximae partis crediti annunciatur iactura, initio ſtatim quaſi vi quadam, ad paciſcendum adigi nequeunt. Quomodo autem impenſis, etiam hoc citandi modo retento, parcendum ſit, in ſuperioribus [b]) iam ſatis docui.

*cauſa, ſeruari fas ſit?*

## §. XI.

Creditores, qui alius quam citantis iurisdictioni ſubſunt, et procuratorem ad recipiendas citationes nondum conſtituerunt, vti alias, ita et in hoc proceſſu, mediate citantur, per requiſitionem iudicis competentis, ad quem vel vna cum litteris requiſitorialibus, citatio inſinuanda, vel litterae requiſitoriales ſolum transmittuntur, quiue illo caſu, vt citationem transmiſſam inſinuari curet, hoc au-

*Qui alius iudicis iurisdictioni ſubeſt, citatur mediate per requiſitionem.*

H 2 tem,

a) *Conf. Banquerout. Mand.* §. 16. vbi dicitur: Was ferner ꝛc. ꝛc. 10
wenn der mehrere Theil derer Gläubiger, dem Schuldner einen Erlaß thun will, **wie damit zu verfahren** ꝛc. in der Leipziger Handels-Gerichts-Ordnung Tit. 25. diſponiret, ſolches ſoll ebenfalls in Zukunfft allenthalben obſeruiret werden.

b) *Cap. I. §. 13. p. 13.*

tem, vt creditori per citationem comparitionem iniungat, in ſubſidium iuris a iudice requirente rogatur. [a]) Tot autem litterae requiſitoriales diuerſae conficiuntur et emittuntur, quot creditores extraneos diuerſos debitor nominauit, [b]) quia plures in diuerſis locis commorantes, vna citatione ſimul citari, ſtilo curiae non conuenit, nec edictalibus relinquitur locus. [c])

## §. XII.

*Huiusmodi citationis mediatae contextus et formula.*

Ipſa haec citatio mediata, eadem plane continet, quae immediata continere ſolet; quare quae de hac iam tradita ſunt, hoc loco repeti poſſunt. Illud tamen notatu dignum eſt, quod in eiusmodi mediata citatione, ex vſu forenſi in iudicio mercatorum Lipſienſi recepto, dies termini non nominatim, ſed certus poſt inſinuationem computandus, exprimatur, quia incertum eſt, quo tempore iudex requiſitus citationem inſinuari curet, et vt citatus non habeat, cur de termino nimis anguſto conqueratur. Ita vero res componitur: Als wird derſelbe vermittelſt Requiſition ſeiner ordentlichen Obrigkeit hierdurch citiret, den **Drey und Zwanzigſten** Tag, nach Inſinuation dieſes, oder daferne alsdenn keine Seſſion ſeyn würde, in der nächſtfolgenden, früher Zeit, vor dem Handels-Gerichte, aufm Rathhauſe

11. a) *Conſ. B.* GRIBNERI *Princip. Proceſſ. Iudiciar. Lib. I. Cap. I. Sect. II. §. 6.* vbi in genere de citatione mediata, atque in animaduerſionibus ad §. eund. etiam de eo caſu, quo iudex requiſitus citationis inſinuationem denegat, accurate agit, et quid fieri poſſit, docet, quae omnia merito hic etiam vſum praeſtant.

b) Plerumque autem in numero creditorum multi extranei, et potiſſimum, ſi mercator bonis ceſſit, remotiſſimarum terrarum incolae, veluti Hiſpani, Luſitani, Galli, Itali, Angli, Hollandi, aliique, cum quibus debitor negotiatus eſt, inueniuntur, qui omnes ſeparatim citandi ſunt.

c) *vid. Cap. I. §. 13. animaduerſ. ſub lit. b) p. 13.*

Rathhauſe allhier, gebührend, entweder in Perſon, oder durch gnugſam legitimirten Gevollmächtigten, zu erſcheinen, ſeine habende Forderung ꝛc. ꝛc.

Litterarum requiſitorialium, ad Senatum Francofurtenſem ad Moenum miſſarum, exemplum adhuc addo: Nachdem in G. F. B. Bürgers und Handelsmanns hierſelbſt, vor uns anhängigen Credit-Weſen, J. P. B. ſeel. Söhne, Dero Orts, als Creditores mit angegeben worden; So requiriren Ewr. ꝛc. ꝛc. wir hierdurch in ſubſidium iuris, für die Perſon dienſtlich bittende, Sie wollen beyliegende Citation nebſt Beylagen, denenſelben förderlichſt inſinuiren zu laßen, und uns gewöhnliche Recognition darüber zu ertheilen, geneigt belieben; Dagegen wir zu gleichmäßiger rechtlichen Willfahrung, auch ſonſt zu angenehmen Dienſten gefließen verharren. Signat. Leipzig den 13. Decembr. 1755.

*Formula litterarum requiſitionis.*

Ewr. ꝛc. ꝛc.

Deputirte zum Handels-Gerichte.

## §. XIII.

Quando autem extraneus creditor, ſecunda et tertia vice citandus eſt, idem hic obſeruatur, quod intuitu reliquorum creditorum in vſu eſſe docui. Scilicet altera citatio etiam emittitur ſub poena 5. thalerorum, et tertia tandem ſub comminatione, vt in caſum vlterioris contumaciae, ſecundum crediti quantitatem a debitore indicatam, pro conſentiente habeatur. Attamen vtroque caſu, conceſſo trium ſeptimanarum ſpatio, dies termini certus itidem poſt inſinuationem computandus, veluti den Drey

*Quomodo extraneus ſecunda et tertia vice citetur.*

und Zwanzigſten Tag nach Inſinuation dieſes, oder dafern alsdenn keine Seſſion ſeyn würde, in der nächſtfolgenden zu erſcheinen ꝛc. exprimitur; nec non litterae requiſitoriales conſuetae, vna cum citatione ad magiſtratum citandi, transmittuntur. [a])

## §. XIV.

*Citantur omnes creditores, priuilegiati, hypothecarii, cambiales et chirographarii.*

Non vero vnius tantum claſſis, ſed omnes, cuiuscunque generis et conditionis creditores, tam priuilegiati, quam hypothecarii, item cambiales et chirographarii, etiam ii, qui debitori vendiderunt et fidem de pretio habuerunt, citantur, et quidem *priuilegiati et hypothecarii*, ad hoc, vt partim eorum credita deſignentur et liquida reddantur, [a]) partim vt aliquando finito proceſſu, in finiendam ſequeſtrationem conſentiant: [b]) *cambiales*, vt mentem declarent, an parte debiti a debitore, aut alio quopiam oblata, contenti eſſe, ſimulque tranſigere, an vero huic bonorum

13 a) Nec enim ſecunda aut tertia vice, iudex ſuae iurisdictioni non ſubiectum, quod tralatitium eſt, ſola ſua auctoritate citare, multo minus ſub poena, aut alia quadam comminatione grauiori, iubere quicquam poteſt; quare requiſitio officii iudicis competentis, etiam nunc omitti non debet, cum alias citatio illegitime inſinuata, nullum prorſus habere poſſit effectum.

14 a) Lapſo enim debitori non habetur fides, adeoque neceſſe eſt, vt ex demonſtratione creditorum certum fiat, quantum iis debeatur, indeque appareat, quod debitor non ſit ſoluendo, nec iuris beneficiis indignus, ſiquidem ſaepenumero contingit, vt debitores animo defraudandi plus ſe debere affirment, quam quod vnquam probari poteſt.

b) Nam iis etiam in bona ceſſa praecipuum ius competit, vi cuius, vt ipſis inde ante omnia ſatisfiat, poſcere poſſunt; quapropter ſine ipſorum conſenſu, adminiſtratio bonorum, hactenus publicae perſonae commiſſa, vel debitori, vel alii cuidam relinqui non debet. Vt omittam, huiusmodi creditores, omni caſu ius integrum creditum repetendi, retinere ſaluum.

bonorum ceſſorum ſubſtantiae, renunciare, ac ius ſuum cambiale aduerſus perſonam debitoris impoſterum exercendum, ſaluum ſeruare velint; inuiti enim, vt partibus creditorum remittentium accedant, non coguntur: c) *chirographarii* tandem, *et ii, quibus ex alio contractu, aut negotio obligatorio, quicquam debetur*, vt de eorum creditis conſtet, ſimulque manifeſtum fiat, an tranſigere velint, et an maior pars eorum in certae quantitatis crediti remiſſionem conſenſerit. d) Creditores autem priuilegiati et hypothecarii tantum prima, nec amplius ſecunda et tertia vice, citari ſolent. e)

## §. XV.

*Citatur etiam debitor, aut tertia, quae transactionem offert, perſona.*

Quod vna cum creditoribus etiam debitor, aut tertia perſona, quae tranſactionem offert, ſimul citetur, ſupra dictum eſt, idque fieri ſolet, vel eadem, quae ad creditores dirigitur, citatione, quod formulae citationum iam traditae commonſtrant, vel interdum etiam, ſeparata termini notificatione, per ſchedulam, vulgo den Gedenk-Zettel, atque hoc modo comparitio et peragenda in iudicio, ipſi in ſpecie iniunguntur. Eiusmodi ſchedula, occaſione tertiae citationis ad creditores emiſſae, ita fuit compoſita:

*Formula notificationis.*

Zu gedenken I. B. daß die bey ſeinem Credit-Weſen auſſengebliebene Gläubiger, die Herren R. N. C. Herr I. F. und Herr I. E. L. zu Liquidirung und Beſcheinigung ihrer Forderungen, auch Erklärung auf den Accord, unter der Verwarnung,

c) *vid. Cap. I. §. 11. lit. a) pag. 11.*

d) Cum his enim praecipue in hoc proceſſus genere agitur. *Banqu. Mand. §. 16. et Dec. El. Nou. XXVI. de an. 1746.*

e) Hi enim, poſtquam credita ſua liquida reddiderunt, praeter conſenſum in finiendam ſequeſtrationem, nihil habent, quod amplius in iudicio peragant.

nung, daß bey ihren fernern Außenbleiben, dafür, als ob ſie den Accord gleichfalls acceptiret hätten, es angenommen werden ſolle, auf den 26. Februarii, nächſtkünftig vorgeladen worden; Und wird er gleichfalls citiret, gedachten Tages früher Zeit, vor dem Handels-Gerichte, aufm Rathhauſe allhier, in Perſon zu erſcheinen, vor allen Dingen ſeine Handels-Bücher und Schuld-Regiſter vorzulegen, [a]) und übrigens was ſonſt, der Sachen Beſchaffenheit nach, ihm oblieget, zu verrichten. Wornach er ſich zu achten. Signatum Leipzig den 29. Ianuar. 1751.

Deputirte zum Handels-Gerichte.

## §. XVI.

*Inſinuatio fit praeſentibus per modum litterarum circularium.*

Inſinuatio citationum hic fit eodem, qui in aliis cauſis introductus eſt, modo, adeoque iis, qui in loco iudicii commorantur, aut procuratores ibidem conſtitutos habent, quia plures vna citantur, ſingulis quidem, ſed per litteras circulares, ſeu vti hoc *Ordinatio Recognita* [a]) explicat: allerſeits abſonderlich und zwar durch einen Umlauf. Eo fine citationis inſinuandae exemplar ita componitur: Primum ipſa citatio conſcribitur, eique deinde plagulae quaedam annectuntur, quibus nomina citandorum ita exprimuntur, vt inter quaelibet, ſpatium chartae vacuum relinquatur, quo citandus quiuis ſuo loco, inſinuationem factam eſſe, teſtari, ac diem annotare, nomenque ſuum ſubſcribere poſſit; Qua in re hac formula conſueta vtuntur:

Zu

15 a) Si debitor hos libros, rationesque nominum, iam prima vice produxerit, et huc vsque in iudicio, vt fieri adſolet, reliquerit, haec clauſula in ceteris citationibus non repetitur; ſed in genere tantum debitori, vt ea, quae cauſae indoles requirit, peragat, imponitur.

16 a) *Ord. Rec. Tit. IV.* §. 2.

Zu inſinuiren

Hrn. Adv. Johann George Hagern, in Vollmacht Vasmer Baackens, und Chriſtoph Werndtens.
inſinuirt Herrn Adv. Hagern, domi, den 23. Decbr. 1755.

Hrn. Johann Friedrich Richtern, in Vollmacht Iacob de Vos.
inſinuirt Herr Richtern ſelbſt in ſeinem Gewölbe, den 23. Decbr. 1755.

Hrn. Chriſtian Wilhelm Treutlern, in Vollmacht Hrn. Johann Andreas Schmids.
inſinuirt den 22. Decbr. 1755.
Chriſtian Wilhelm Treutler.

Hrn. Johann Carl Steinels ſeel. Wittbe.
inſinuirt den 24. Decbr. 1755.
Paul Auguſtin Scheffler.

xc. xc.

His tandem adiiciuntur copiae litterarum implorantis, quibus citationem a iudice petiit emittendam: totum vero exemplar a nuncio iudicii circumfertur, atque citandis offertur, vt omnia perlegant, et inſinuationem rite factam eſſe, ſua ſubſcriptione teſtentur. Quodſi vnus alterue ſubſcribere nolit, idem eius nomine nuncius iuratus efficere ſolet. b)

§. XVII.

b) Cetera quae *Ord. Rec. Tit. IV.* §. 2. de inſinuatione ad manum, vel ad domum, item de loco inſinuationis congruo, praecipit, hic etiam obſeruanda ſunt.

## §. XVII.

*Abſentibus aut exteris per nuncium aut curſum publicum.*

Qui extra locum iudicii et ſub alio iudice, etiam in remotiſſimis prouinciis et territoriis deprehenduntur, necdum procuratorem ad recipiendas citationes conſtituerunt, iis quidem citatio aliter inſinuari nequit, quam auctoritate iudicis competentis interueniente. Hinc litterae requiſitoriales ad iudicem citandi competentem, vel per nuncium, vel per curſum publicum, a) transmittuntur, isque rogatur, vt non tantum citationem quamprimum debito modo inſinuari curet, ſed et de inſinuatione facta, teſtimonium ſeu recognitionem, quam vocant, exhibeat, et ad requirentem remittat. b) Quo facto, iudex requiſitus vti rogatus eſt, citationem inſinuandam curat atque de facta inſinuatione requirentem reddit certiorem. c)

## §. XVIII.

*De inſinuatione legitime facta ex Actis conſtare debet.*

Sicuti autem cura inſinuationis ad officium iudicis pertinet, ita porro eidem incumbit, prouidere, vt de illa legitime facta, ex Actis publicis conſtet. Idque intuitu creditorum praeſentium ita efficitur, vt exemplar citationis authenticum, vnicuique eorum a nuncio oblatum, in quo vel ipſi citandi ſua ſubſcriptione inſinuationem agnouerunt, vel nuncius annotatione ſua teſtatus eſt, ad Acta reponatur, aut in caſu paucorum et ſingulorum ſeparatim citatorum, ex relatione nuncii iurati regiſtratura conficiatur.

a) Nec raro imploranti aut eius aduocato hoc negotium committitur, qui litteras requiſitoriales forte non adeo magnis impenſis, transmittere poſſit, eoque nomine regiſtratura conficitur.

b) *vid. h. Cap. §. 11. pag. 59.*

c) conf. GRIBNERI *Princip. Proceſſ. Iudiciar. Lib. I. Cap. I. Sect. II. §. 6.*



SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/80 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tur. [a]) Intuitu creditorum extraneorum autem, litterae reſponſoriae a iudice requiſito remiſſae Actis inſeruntur. Ita nempe Senatus Francofurtenſis ad Moenum in aliqua cauſa reſponderat:

ꝛc. ꝛc. Was die Herren in des daſelbſtigen Bürgers und Handelsmanns G. F. B. Credit-Weſen, und darinnen als Creditores mit angegebenen Johann Peter Buchlers ſeel. Erben, an uns gelangen zu laßen belieben wollen, ſolches haben ab Deroſelben Schreiben vom 13. Decembr. vorigen Jahres, ſo uns aber erſt den 5. huius zugekommen, Wir des mehrern erſehen, auch darauf nicht ermangelt, gemeldten Buchleriſchen Erben, die beygeſchloßen geweſene Pieçen inſinuiren zu laßen.

Da nun dieſe Erben darauf die Erklärung gethan, daß ſie wegen ihrer an Eingangs gemeldten G. F. B. habender Forderung, von Einhundert Neun und Vierzig Rthlr. 30. Xer. die Vollmacht und Conto-Courrant, allbereits unter dem 9. Decembris vorigen Jahres, an die Herren H. und R. alldorten, um das nöthige bey daſigen löblichen Gerichte in ihrem Nahmen zu beſorgen, zugeſchicket hätten;

Als haben Wir ſolches in dienſtlicher Antwort ohnverhalten wollen, und thun darmit zu Erweiſung angenehmer Gefälligkeiten ſtets willig und bereit verbleiben. Datum den 13. Ianuarii 1756.

Bürgermeiſter und Rath der Stadt Frankfurt am Mayn.

a) Conf. itidem laudati GRIBNERI *Princip. Proc. Iudic. Lib. I. Cap. II. Sect. II.* §. *10.* vbi huius regiſtraturae requiſita in genere traduntur. 18

# CAPVT V.
## DE
# COMPARITIONE PARTIVM
## ETIAM PER PROCVRATORES.

### §. I.

*Debitor transactionem offerens ipſemet comparere tenetur.*

In termino conſtituto, vt, quae citatae ſunt partes, *legitime* compareant, neceſſe eſt, idque tam implorantem quam creditores decet. [a]) Quodſi autem debitor transactionem obtulerit, atque terminum conſtitui poſtulauerit, is legitime comparere cenſetur, ſi ipſemet ſe ſiſtat, et peragenda peragat; ita enim expreſſis verbis: und zwar der Schuldner in Perſon zu erſcheinen, citatus eſt. [b]) Adhaec ei incumbit rem ſuam, veluti nominum rationes productas explicare, nec non cum creditoribus de oblata debiti parte accipienda, et lite per transactionem componenda, agere, quae omnia per alium commode fieri nequeunt, [c]) quamuis aduocatum adhibere non prohibeatur.

§. II.

a) Nam ad paria referuntur, ſiue quis plane non, ſiue non legitime compareat, et vtroque caſu poſtea citatio et ſub mulcta, et ſub comminatione decerni poteſt.

b) Debitor etiam hic quaſi rei partes tenet, vt *Cap. II. §. 11. in f.* docui. Reus autem in iudicio mercatorum Lipſienſi hodieque ipſe comparere obſtringitur. vid. *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. VII.* vbi diſponitur: Beklagter ſoll iedesmahl, und ohne Unterſcheid, außer in denen in dieſer Ordnung ausgenommenen Fällen, in Perſon erſcheinen.

c) Poteſt enim ipſe debitor omnium optime ſtatum ſuum extricare, nec non cauſas, quibus creditores ad miſericordiam commoueantur, exponere.

## § II.

Idem de tertia perſona, quae hunc proceſſum inſtituit, affirmari et ſtatuti poſſe videtur, quippe quae pariter ac debitor ipſe, de amicabili compoſitione, et pacto remiſſorio ineundo, eſt ſolicita. Verum ei nihilominus, per mandatarium ſe ſiſtere, facilius permittitur, [a]) ideo forte, quia nec libros aut rationes nominum producere, nec aliud quicquam in iudicio, tanquam obaeratus peragere tenetur, verbo, quia non patrio ſed ciuili, et in foro Saxonico, vtitur iure: oblatam vero transactionem repetere, eam creditoribus ſuadere, eorumque, qui de remittenda debiti parte iam pacti ſunt, iudicialem declarationem, aut nominum ſubſcriptorum recognitionem poſtulare, ſecuritatem de parte debiti accepta ſoluenda, ſi opus eſt, praeſtare, quinimo cum diſſentientibus diſceptare, [b]) procurator legitimatus egregie, ac in his omnibus mandantem fortaſſis adhuc antecellere poteſt.

*Tertia perſona facilius per mandatarium ſe ſiſtere poteſt.*

## §. III.

Quod ad creditores citatos attinet, hi vel ipſimet, vel etiam per procuratores legitime conſtitutos comparere, adeoque quid malint, aut ſibi conſultius eſſe arbitrentur, eligere poſſunt; nam ex vſu fori his verbis citari ſolent: die Gläubiger aber wenigſtens durch gnugſam legitimirte Ge-

*Creditores citati vel ipſimet, vel per procuratores comparent.*

I 3 vollmäch-

a) Idque vſus forenſis quotidie probat, indeque eſt, quod haec tertia perſona non iubeatur, vt ipſa ſe ſiſtat, vti debitor obaeratus, ſed comparitio his verbis tantum generaliter exprimatur: Als werden die Parthenen hiermit citiret, gedachten Tages früher Zeit, vor dem Handels-Gerichte aufm Rathhauſe allhier, gebührend zu erſcheinen. Deinde ſolus procurator, qui comparet, admittitur. 2

b) Vt omittam, quod partes, etiamſi praxin iuridicam intelligant, regulariter in diſputationibus forenſibus, aduocati opera vtantur, et nemo facile in cauſa propria proprium conſilium ſequatur.

vollmächtigte zu erſcheinen. Qui modus procedendi in eo rationem habere videtur, quod creditores hac in re quaſi actorum vice fungantur, [a]) adeoque eodem, quo actores in iudicio mercatorum Lipſienſi fruuntur, iure digni cenſendi ſint. Cuilibet autem actori in dicto iudicio regulariter vel per ſe, vel per procuratorem comparere permittitur. [b])

## §. IV.

*Procuratores mandato rite inſtructi eſſe debent.*

Sed procuratores, vti alias, ita et in hoc proceſſu pacti remiſſorii, quotiescunque pro aliis admitti cupiunt, mandato rite compoſito inſtructi eſſe debent, cum ſine eo ne quidem nomen procuratoris mereantur. Atque hoc mandatum etiam non modo extra iudicium, ſed et in iudicio, quinimo coram notario et teſtibus conficitur; nec enim raro ab exterorum procuratoribus mandata vel iudicis mandantis, vel notarii publici auctoritate confecta, exhibentur, quae et imprimis vtilitatem praeſtant in eo, quod iis iam extra territorium apud nos, ob publicam auctoritatem, qua munita ſunt, maior fides habeatur. Saepenumero etiam in Saxonia noſtra, imo Lipſienſes creditores ipſi, procuratorem in iudicio conſtituunt, idque ad Acta conſcribi curant.

§. V.

3 a) Vid. *Cap. II. §. 11. in f. pag. 30.*

b) Sic enim *Ordinat. Iudic. Mercator. Lipſienſ. Tit. VII.* diſertis verbis cauet: wie auch der Kläger, wenn das Gerichte ihm nicht aus bewegenden Urſachen, ausdrücklich in Perſon zu erſcheinen, andeuten laßen, maaßen denn nach Gelegenheit der mit einlauffenden Umſtände, demſelben dieſes zu thun unbenommen, ſich eines Mandatarii zu gebrauchen freyſtehen. Idque experientia teſte in hunc vſque diem obſeruatur.

## §. V.

*Huiusmodi mandati requiſita, in iudicio mercator. Lipſienſi.*

Indoles huius mandati quidem requirit, vt ex eo appareat, *a quo*, *cui*, *quando et quid ſit* commiſſum, [a]) in quibus a moribus aliorum iudiciorum plane non differt: verum praeter haec, quaedam acceſſerunt, et maxime vſu forenſi ſunt introducta, quae omiſſa, aut non accurate ſatis expreſſa, hodieque taxantur, et eiusmodi mandatum mancum declarari, vtque ab his vitiis purgetur, pronunciari ſolet. Videlicet requiritur 1) expreſſa clauſula: **vor mich, meine Erben und Erbnehmen,** [b]) 2) vt praenomen et cognomen mandantis non ſignis imperfectis, aut formula quadam inter mercatores recepta, ſubnotetur, ſed integris litteris ſubſcribatur, [c]) 3) vt ſigillo conſueto facta ſubſignatio accedat, et 4) mandatum lingua peregrina exaratum, et aliunde huc transmiſſum, in vernaculam linguam transferatur. [d])

## §. VI.

a) conf. noſtr. *Selectior. Iur. Princip. Diſp. VII. poſ. 6.* 5

b) Sic ob hanc clauſulam omiſſam in cauſa D. S. B. anno 1753. pronunciabatur: daß wenn vor allen Dingen C. H. wegen B. P. L. desgleichen D. R. wegen C. J. L. ꝛc. ꝛc. durch eine, auf die Erben und Erbnehmen, nach Vorſchrifft der Handels-Gerichts-Ordnung, mit gerichtete Vollmacht, ſich anderergeſtallt, und beßer als geſchehen, legitimiret ꝛc.

c) Non itaque ſufficit formula, qua plerumque mercatores vtuntur, quaeue iis die Handlungs-Firma dicitur, veluti: Hannß Volckammer und Conſort. Hinc etiam in modo memorata cauſa D. S. B. per ſententiam curatior mandantis ſubſcriptio deſiderabatur, his verbis: durch eine von J. G. H. Wittbe und Sohn, mit deren völligen Tauf- und Zunahmen unterſchriebene Vollmacht ꝛc. ꝛc.

d) Quamobrem in eadem cauſa D. S. B. an. 1753. pronunciatum fuit: ſowohl J. G. H. wegen J. M. durch eine auf die Erben und Erbnehmen mit gerichtete Vollmacht, welche letztere zugleich mit in die Teutſche Sprache gehörig zu überſetzen, ſich anderergeſtallt und beßer als geſchehen, legitimiret.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/85 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## §. VI.

*Hanc mandati formam ex Ord. Iudic. Mercator. Lipſienſ. defendunt.*

Vt vero fundamentum, ex quo hanc mandati formam ſingularem in foro deſiderant, habere videantur, *Ordinationem Iudicii Mercatorum Lipſienſis*, [a]) in ſubſidium vocant. Et negari non poteſt, quod in hac Lege plurium iſtorum requiſitorum fiat mentio, et integrum mandati exemplar, quo illi, quorum intereſt, vtantur, praeſcribatur, quod ita ſe habet:

### Vollmacht.

Ich zu End unterſchriebener, vor mich, meine Erben und Erbnehmen (**oder wenn Weibs-Perſonen von ſich ſtellen**, Ich Endes unterſchriebene, vor mich, meine Erben und Erbnehmen, auch mit Einwilligung meines Curatoris) hiermit urkunde und bekenne; Demnach ich in meinen Handels-Geſchäfften bey der Stadt Leipzig zu verrichten, dahin aber vorietzo in Perſon mich ſelbſten nicht begeben kan. Als will ich hiermit N. N. volle Macht und Gewalt dergeſtallt aufgetragen haben, daß er in meinem Nahmen, und vor mich, Waaren daſelbſt einkauffen, verkauffen, Wechſel ſchließen, acceptiren, bezahlen, einziehen, die auf mich gerichtete Briefe auf andere indoſſiren, Schulden einmahnen, Geld empfangen, darüber quittiren, ſcontriren, Auszüge unterſchreiben, Geld a depoſito nehmen, darüber Verſchreibung ausgeben, auch was im übrigen im Handel und Wandel, und bey der Kauffmannſchafft gewöhnlich, oder inſonderheit nach Erheiſchung des Geſchäffts, darinnen er begriffen, erfordert wird, verrichten, bedürffenden Falls meinetwegen vor Gerichte erſcheinen, und daſelbſt Klägers, oder auch, da ich belanget werde, Beklagtens Stelle vertre-

6 a) *Ord. Iudic. Mercat. Lipſienſ. Tit. VII.*

vertreten, Documenta produciren, die wider ihn producirten recognoſciren, Iuramenta de- et referiren, auch acceptiren, ſowohl ſich hierzu offeriren, den Proceſſ reaſſumiren, oder pro reaſſumto halten, bey entſtehenden Concurſen die habenden Forderungen liquidiren, mit denen übrigen Gläubigern ſuper prioritate verfahren, Beſcheinigung und Gegen-Beſcheinigung führen, zum Urthel oder Abſchiede beſchließen, ſolche, wenn ſie publiciret werden, anhören, nach Befinden Leuterung und Appellation darwider einwenden, ſolche proſequiren und iuſtificiren, auch denenſelben hinwiederum renunciren, Verbot und Arreſte anlegen, nach Anleitung der Churfürſtl. Neuen Gerichts-Ordnung, mit deren Proſecution verfahren, oder ſie nach Befinden relaxiren, tranſigiren, compromittiren, Affter-Anwälde ſubſtituiren, cautionem rati, oder zur Schadloshaltung beſtellen, auch zu dieſem Ende, oder ſonſt, mein Vermögen, ſo weit es nöthig, verpfänden, und im übrigen alles andere, ſo ich in Perſon thun und handeln ſollte, ob es gleich ein ſpeciale Mandatum erfordert, nach Gutbefinden verrichten möge, welches ich denn iedesmahl allenthalben vor genehme halten will. Zu mehrer Urkund habe ich mich, (bey Weibes-Perſonen, benebenſt meinem Curatore,) eigenhändig unterſchrieben, und mein gewöhnlich Petſchafft aufgedruckt. So geſchehen zu ꝛc. ꝛc. N. am ꝛc. ꝛc.

## §. VII.

*Sed allegata Lex minime rem probat.*

At enim vero, quod haec mandati formula non ſit ea, qua procuratores iudiciales inſtruuntur, et de qua hoc loco, vti in proceſſibus in genere, quaeſtio eſt, maximam partem ex ipſo contextu apparet. Quando enim eo dicitur: Waaren einkauffen, verkauffen, Wechſel ſchließen, accepti-

ren, bezahlen, einziehen, die auf den Committenten gerichtete Briefe, auf andere indoſſiren, Schulden einmahnen, Geld empfangen, darüber quittiren, ſcontriren, Auszüge unterſchreiben, Geld a depoſito nehmen, darüber Verſchreibungen ausgeben, auch was im übrigen im Handel und Wandel, und bey der Kaufmannſchaft gewöhnlich, verrichten möge, haec omnia inſtitoribus quidem et famulis mercatorum, non autem aduocatis aut iudicialibus procuratoribus committi ſolent. Deinde clauſula: bedürffenden Falls meinetwegen vor Gerichte erſcheinen, plane incongrua eſt, quae in conſtituendis procuratoribus iudicialibus vſurpetur, quippe qui plerumque orta iam lite, vt cauſam in iudicio tractent, conſtituuntur. Adhaec ipſa *Ordinatio Iudicii Mercatorum Lipſienſis*[a]) rem plane declarat, atque hoc praeſcriptum mandatum de negotiatione Lipſiae frequentanda commiſſa, tantum intelligendum eſſet docet; nam in verbis quae iſtam formulam antecedunt, ait: Dieweil ſich vielmahls zugetragen, daß über dasienige, was mit denen, im Nahmen fremder Handels-Leute ſich angebenden Dienern und andern Perſonen tractiret und gehandelt worden, daher Streitigkeiten entſtanden, als ob dieſelben dieſes oder ienes zu thun und zu ſchließen nicht Vollmacht gehabt; Als ſoll hinführo ein ieder fremder Kaufmann, der ſelbſt nicht nacher Leipzig kommen kan, und ſeine Geſchäffte durch einen andern verrichten zu laßen gemeynet iſt, ſeinem Abgeſchickten, vor ſich, ſeine Erben und Erbnehmen, eine beſtändige, auf alle Markt-Verrichtungen ꝛc. eingerichtete, ſowohl von ihnen ſelbſt, als auch do Weibes-Perſonen und Unmündige dabey mit intereſſiret, von deren Curatoren oder Vormünden, oder wenn Handels-Conſorten vorhan-

7 a) *Ordin. Iudic. Mercat. Lipſienſ. Tit. VII. pag. 37.*

vorhanden, von denenſelben allerſeits, durch eigenhändige Unterzeichnung ihrer Tauf- und Zunahmen, auch Aufdrückung ihrer gewöhnlichen Petſchaffte, vollzogene Vollmacht, wie nicht weniger dazu gehörigen Tutoria und Curatoria mitgeben. Paulo poſt in eadem Lege dicitur: Damit aber denen Auswärtigen, und dieſer Lande Rechte Unerfahrnen, disfalls keine Hinderniß oder Beſchwerlichkeit entſtehen könne: So mögen dieienigen, ſo Vollmacht geben wollen, des zu ſolchem Ende gedruckten Formulars ſich gebrauchen. Quae verba luculentiſſime commonſtrant, quod tota illa mandati formula tantum ad negotiationem, eosque, qui illi Lipſiae frequentandae praeponuntur, minime vero ad inſtruendos procuratores iudiciales pertineat. Accedit quod coram iudicio mercatorum Lipſienſi, praeter eos, qui titulo Doctoris ornati ſunt, nemo aduocati aut procuratoris munere fungi queat, niſi qui eruditionem ſuam, et quod in Academiis iurisprudentiae dederit operam, demonſtrauit, et praeterea, quod cauſas ſibi demandatas omni fide, induſtria et ſine vlla fraude tractare, nec non *Ordinationem iudicii mercatorum* diligenter ſeruare velit, ſolenni iureiurando confirmauit. [b]) Anne vero idem de inſtitoribus, et famulis mercatorum affirmari poteſt? equidem valde iureque meo dubito. Neque huic doctrinae repugnat, quod iſta mandati formula multos actus, qui tantum in proceſſibus obueniunt, et ab aduocatis ſuſcipiuntur, contineat; nam primum aeque multi actus, qui nihil commercii cum litibus in foro ventilandis habent, et quorum curam aduo-



b) vid. *Ord. Iudic. Mercator. Lipſiens. Tit. IV.* et quae hoc loco traduntur, adhuc hodie in vſu ſunt; neque aduocatus ad praxin exercendam in hoc iudicio admittitur ante quam ea, quae praeſcripta ſunt, praeſtitit.

cati, ne quidem gerunt, in ea et quidem principaliter expreſſi reperiuntur: deinde illi actus proceſſuales, tantum ſi caſus euenerit, bedürffenden Falls, et ideo praecipue procul dubio inſerti ſunt mandato, vt eiusmodi iuris imperitus et extraiudicialis procurator, toties quoties opus eſt, ipſe tanquam principalis in iudicio comparere, cauſamque litigioſam aduocato, omni cum effectu demandare queat.[c])

## §. VIII.

*Quaedam illorum requiſitorum ex foro proſcribenda, et ex mandatis aduocatorum expungenda.*

Illa itaque mandati formula cum omnibus eiusdem requiſitis, in conſtituendis procuratoribus iudicialibus, cum ad hos non pertineat, in foro ſine ratione vtuntur, nec meliori iure, ne dicam cum ingenti quandoque partium et cauſarum detrimento, eorum quae praetermiſſa ſunt et deficiunt, ſupplementum deſiderant. Imprimis quaedam illorum requiſitorum prorſus inania et ita comparata ſunt, vt e foro proſcribi, et ex mandatis aduocatorum, etiam in iudicio mercatorum Lipſienſi, expungi iure mereantur. Huc refero 1) *clauſulam* vor mich, meine Erben und Erbnehmen, vtpote quae tam communi,[a]) quam Saxonico genera-

c) Nemo enim plus iuris in alterum transferre poteſt, quam quod ipſe habet. Niſi ergo eiuſmodi inſtitor aut famulus mercatoris ipſe mandato ſufficiente inſtructus eſſet, quomodo quaeſo cauſam, etſi grauitas eius illud poſceret, alii demandare poſſet? quoue iure mandati ſpecialiſſimi actus, vel ipſe expediret, vel alii expediendos committeret?

8 a) Mandatum enim ipſo iure, quatenus tranſire poteſt, ad heredes tranſit. *arg. L. 14. C. de R. V. et L. 11. C. de contrahend. et committend. ſtipulat.* Et quamuis *Receſſus Imperii nouiſſimus de ao. 1654. §. 99.* huius clauſulae heredum, mandato inſertae, vſum in eo ponat, vt heredes tunc ex perſona defuncti eo magis teneantur, nec litem reaſſumere debeant; ego tamen et hoc ſine illa clauſula iure iam expeditum eſſe firmiter ſtatuo. Scilicet, quod heres in commoda et obligationes,

generali b) iure, inutilis atque ſuperuacanea cenſenda eſt. Porro huc pertinet 2) *ſubſignatio*, tanquam res in ſe nullius pretii atque valoris. c) Et ſi finem proceſſus in cauſis mercatorum introducti contemplemur, qui in eo conſiſtit, vt hae cauſae quam celerrime finiantur, d) ei equidem vtrumque requiſitum refragari arbitror, cum non parum cauſas remoretur, ſi quis magno interdum et temporis et ſumtuum diſpendio, nouum mandatum, cui clauſula derer Erben und Erbnehmen inſerta, nec non ſubſignatio acceſſit,

 a prin-

tiones, adeoque etiam in relictas lites defuncti, ſuccedat, manifeſtum eſt. Adhoc defunctus vel actoris, vel rei tenuit partes. Si prius, heres litem ſuo periculo non continuat, idque eius arbitrio plane relinquendum eſt, cum quilibet rerum ſuarum optimus moderator ſit atque arbiter, et iuri ſuo, pro lubitu renunciare queat, *L. 21. C. Mandat. et L. pen. C. de pact.* adeoque hoc caſu, cum nullius interſit, litis reaſſumtione opus eſſe nequit: Sin poſterius, heres defuncti obligatus manet, ſiue reaſſumat litem ſiue non, quia heres eſt, eumque actor etiam ſine ſolenni litis reaſſumtione, iure perſequetur. Nullo igitur caſu et litis reaſſumtio, et clauſula heredum mandato inſerta veram praeſtat vtilitatem. conf. *Noſtr. Selectior. Iur. Princip. Diſp. VII. poſ. 6.*

b) Vid. *O. R. Tit. VII. §. 1.* vbi dicitur: wenn auch gleich die Benennung derer Erben und Erbnehmen darinnen ausdrücklich nicht enthalten. Deinde intuitu heredum reaſſumtione litis ne quidem opus eſt, ſed ab illis et contra eos lis vti a defuncto relicta, continuari debet. *Ord. Iudic. Mercator. Lipſ. Tit. XIV.*

c) Subſignatio enim, vt ex natura rei patet, neque conſenſus declarati, neque generaliter negotii vere celebrati certum ac indubitatum eſt ſignum, quia facile contingere poteſt, vt quis eiuſdem characteris ſigillum vel mecum habeat, vel in fraudem aeri incidi curet; vnde ſubſignatio non poteſt non eſſe fallax, et ad mandatum verum cognoſcendum, parum ſufficiens et idoneum argumentum: aut ea omiſſa vitio non poteſt verti.

d) Nam in *Ordinat. Iudic. Mercat. Lipſiens. Tit. I.* diſertis verbis cauetur: die Sachen aufs ſchleunigſte, entweder vor ſich ſelbſt, oder do hierbey etwas bedenckliches, vermittelſt bey Unſerm Schöppen-Stuhl zu Leipzig eingeholten rechtlichen Erkäntniß, entſcheiden ſollen.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/91 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

a principali, qui forte abſens, aut in remotiſſimum locum profectus eſt, impetrare et exhibere cogatur. [e]) Vt omittam, quod ambo illa requiſita originem ab illo tempore ducant, quo haec et alia, ad neceſſarias mandati partes referebantur, [f]) quae nunc ex iure nouiori ſuperfluis annumerantur, [g]) adeoque moribus mutatis et ob communem vtilitatem, ſicut in quolibet, ita etiam in mercatorum Lipſienſi iudicio, merito mutata videntur. [h])

## §. IX.

*Quaedam vtilia, et cum actibus neceſſariis, in mandato exprimenda ſunt.*

Quaedam vero ex illis requiſitis, niſi ſumme neceſſaria, vtilia tamen et ſalutaria ſunt, adeoque in mandato exprimenda. Veluti 1) *vt mandantis praenomen et cognomen integrum integris litteris ſubſcribatur*, vt de perſona mandantis eo certius conſtet; [a]) 2) *vt mandatum lingua peregrina conſcriptum in Germanicam transferatur*, quippe qua tantum

e) Videlicet cauſa interea quaſi dormit, eiuſdemque progreſſus atque euentus a nouo mandato, ſecundum ſententiam compoſito pendet.

f) conf. LVD. MENCKEN. *Proceſſ. Iur. Commun. et imprimis Saxon. Electoral. Tit. VII. §. 3. et 7.*

g) vid. *Ord. Rec. Tit. VII. §§. 1. et 2.*

h) Quamquam enim *Ord. Rec. in App. §. 2. in f.* modum procedendi iudicii mercatorum Lipſienſis ſaluum et immutatum relinquit, ipſa tamen *Ordinat. Iudic. Mercat. Lipſ. Tit. I.* praecipit, vt cauſae quam celerrime finiantur, adeoque velle procul dubio videtur, vt omnia quae progreſſum litium impediunt, imprimis ea, quae iam publica Lege reiecta ſunt, omittantur.

9 a) Alias nempe fieri facile poteſt, vt aliarum perſonarum nomina ſint ſubſcripta, et inter alias perſonas lis ventiletur; cuiusmodi caſus ante aliquot annos eueniebat, quo alicuius mercatoris Norimbergenſis nomen ſubſcriptum erat, qui primus negotiationem inſtituerat et fundauerat, ſibique haud exiguam fidem et famam etiam apud exteros conciliauerat, attamen medio ſuperioris ſeculi iamiam vixerat, et cuius nepotes hoc tempore auitam hanc negotiationem continuabant, quorum cauſa nunc in iudicio peragebatur.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/92 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tantum vti ſolemus in foro. [b]) Praeterea inter actus expediendos nonnulli aeque, ac imprimis neceſſarii ſunt, vt ſine incommodo mandantis omitti non poſſint, videlicet: den, von dem Schuldner, oder von andern, die ſich der Sache unterziehen, offerirten Accord zu 20. pro Cent, in meinem Nahmen anzunehmen, zu tranſigiren, Gelder in Empfang zu nehmen und darüber zu quittiren, item liti et cauſae zu renunciren, und in die Aufhebung der Sequeſtration, auch Verabfolgung derer in Depoſito befindlichen Gelder, zu conſentiren; nam hi omnes ſunt ſpecialiſſimi praeiudicii actus, quos inſuper partim *Ordinatio Recognita* inſeri iubet; [c]) partim natura negotii commendat. [d])

## §. X.

*An in aliis iudiciis, vt et in Luſatia ſtilum iudicii mercatorum Lipſienſis ſequi teneantur.*

In aliis quidem Saxoniae iudiciis, vt intuitu mandati, ſtilum curiae, et praxin iudicii mercatorum Lipſienſis praeſentem, in omnibus ſequantur, nulla vrget neceſſitas. Quamuis enim proceſſus pacti remiſſorii, ex Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſis, in cetera Saxoniae iudicia translatus ſit, ea tamen legislatoris intentio haud fuiſſe videtur,

b) Inter omnes conſtat, quod in foro noſtro non niſi vernacula lingua vtamur, ita vt non tantum omnia, etiam requiſitiones exterorum iudicum, Germanice componantur et expediantur, ſed et peregrinus qui ipſe comparet, nec linguam noſtram callet, inuitus aduocatum eius deſiderium proponentem adhibere teneatur. Nec enim ab omnibus noſtris iudicibus poſtulari poteſt, vt cuiuſuis linguae exoticae ſint gnari, et tamen cauſam in iudicium deductam intelligere et ſua ſententia decidere debent. conf. *Ord. Rec. Tit XXV.* §. 3. *in f.*

c) vid. *Ord. Rec. Tit. VII.* §. 2.

d) Nam in proceſſu noſtro, praecipue de ineunda tranſactione, litis et cauſae renunciatione, atque finienda ſequeſtratione agitur, quos actus omnes *Ord. Rec. Tit. VII.* §. 2. niſi expreſſe, tamen virtualiter ad eos refert, qui ſpeciale mandatum requirunt; quare vt ad eos expediendos procurator claris verbis ſit inſtructus, res ipſa poſtulat.

detur, vt ſingularis quaelibet obſeruantia, quae Lipſiae in cauſis mercatorum obtinet, et cuius vtilitas nulla demonſtrari poteſt, quaeue nec ad pactum remiſſorium, nec ad proceſſum noſtrum in ſpecie pertinet, aut in eo quicquam efficit, etiam aliis iudicibus cenſeatur praeſcripta. [a]) Adhaec de legitimatione procuratoris, in omni quidem proceſſu ſatis conſtare debet; ſed mandatum ſecundum Leges in genere, et ad indolem cuiusuis cauſae confectum, nullam inſuper ſingularem inutilibus et ſuperuacaneis clauſulis repletam formam habet. [b]) Tantum itaque abeſt, vt illa ſingularis mandati forma, in iudicio mercatorum Lipſienſi recepta, tanquam in proceſſu noſtro vbique ſancte cuſtodienda, aliis iudicibus det normam, vt potius cuilibet modum legitimandi conſuetum et imposterum retinere, integrum ſit relictum, modo inſerta et expreſſa ſint ea, quae indoles proceſſus pacti remiſſorii requirit. In Luſatia Superiori in Edicto Regio [c]) totus pacti remiſſorii proceſſus deſcriptus, neque tamen iudicii mercatorum Lipſienſis verbulo facta eſt mentio; quare huius iudicii ſingulares mores in

10 a) Cauſam pacti remiſſorii pertractandam quidem definiuit *Edictum Regium* **wider die** *Banqueroutiers*, eoque fine illius requiſita et modum procedendi ex *Ordinat. Iudic. Mercator. Lipſienſ.* repetiit, atque vt haec in aliis Saxonicis iudiciis, etiam in cauſis non mercatorum non minus valerent, praecepit: quaecunque vero illud pactum non attingunt, cuiusmodi generis ſunt, quae §. 8. *h. Cap.* annotauimus, ea laudatum *Edictum* prorſus intacta reliquit, nec, vt ſimul alibi obſeruarentur, voluiſſe, iure praeſumi poteſt.

b) Vid. *Ord. Rec. Tit. VII. §. 1.* vbi diſponitur: ohne Legitimation ſoll Niemanden nachgeſchrieben, oder etwas ad Acta genommen, hingegen aber auch **die Vollmacht, wegen unnöthiger und überflüßiger** *Solennitaeten* **nicht gefochten werden.** conf. §. 5. *h. Cap.*

c) *Edict. Regium.* **wegen des** *Banquerout***irens** *de an. 1726.* vid. Cap. II. §. 12. pag. 31.

in illa regione obſeruare nullo modo tenentur. Ita etiam eosdem in Luſatia Inferiori eo magis negligere, et ſtilum proprium vſitatum, in hoc proceſſu ſeruare poſſunt, quo magis hac parte ius electorale ſequuntur, et quo minus forma quaedam ſingularis mandati procuratoris, ad ſubſtantiam proceſſus pacti remiſſorii pertinet.

## §. XI.

*An et quatenus mandatum praeſumtum ſufficiat?*

Mandatum praeſumtum, quod vocant, quo nonnulli beneficio Legis et ſine mandato agere poſſunt,[a]) in *Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſis* non quidem prohibetur; hinc illi, in quibus mandatum ita Lege non exigitur, ſi compareant, cum cautione rati procul dubio ſunt admittendi.[b]) Quia vero omnes, qui hoc iure gaudent, tantum actus nullum ſpeciale mandatum requirentes valide poſſunt expedire;[c]) conſequens eſt, vt iidem comparere, creditum deſignare, ac ſummariter demonſtrare, nec non quid peragatur in iudicio, audire, ipſique principali enarrare: non tamen oblatam debiti quantitatem accipere, transigere, liti et cauſae renunciare, aut alia ſpecialis praeiudicii negotia peragere queant. Deinde litis conſors, veluti ſocius, in iudicio mercatorum, ſine mandato ne quidem admittitur.[d]) Et ſicuti tandem pleraque in hoc proceſſu peragen-

a) *L. 35. pr. et L. 40. ſ. 4. ff. de procurator.* et *Ord. Recogn. Tit. VII. §. 3.* et *Tit. VIII §. 1.* item *Ord. Proc. Sax. Vet.* Tit. VII. §. 2. II

b) Ex *all. Ord. Rec. Tit. VII. §. 3.* quae Lex etiam in iudicio et cauſis mercatorum valet, vbi aliud ſingulari Lege, aut perfecta conſuetudine, non eſt ſtatutum.

c) Ita in *Ord. Rec. all. Tit. VII. §. 3.* cautum: Es ſind aber die obbenannten Perſonen, wie bishero, alſo auch in Zukunſt, weiter nicht, als in Actibus ſo kein ſpeciale mandatum erfordern, zuzulaßen.

d) Obſeruantia teſte. Adhaec inter omnes conſtat, ſocium ſocio acquirere

peragenda ſpeciale mandatum deſiderant, et praeterea omne, quod a praeſumto procuratore ſuſceptum eſt, a ratihabitione principalis pendet; [e]) ita vix eſt, quod praeſumto mandato hac in re locum concedamus, cum eo finis noſtri proceſſus obtineri nequeat. [f])

## §. XII.

*In reliquis ea regulariter obtinent, quae Ordin. Rec. praeſcribit.*

Cetera, quae de comparitione perſonarum in iudicio legitima, *Ordinatio Recognita* praeſcribit, etiam in hoc proceſſu, et in iudicio mercatorum obſeruantur. Ita vniuerſitas per ſyndicum inſtrumento ſyndicatus legitimatum, [a]) et mulieres mercatrices in cauſis mercaturae, et quidem ſi tentetur inter partes concordia, ſolae ac ſine curatore, [b]) alias vero, vt et foeminae non mercatrices, vel cum curatore,

quirere quidem, nihil autem praeiudicii inferre poſſe. Ecquis vero remiſſionem partis crediti, ad caſum detrimenti pertinere, non intelligit?

e) Quandoquidem in caſum non ſubſecutae ratihabitionis, cautio rati praeſtita, aduerſae parti, loco eius quod intereſt, cedit, cui praeterea ſumtus litis hactenus facti, a praeſumto procuratore reſtituendi ſunt. *Ord. Rec. Tit. VII. §. 3. in f.*

f) Nam de pacto plurium creditorum remiſſorio hic imprimis agitur, remittere vero quicquam nemo, niſi vel creditor ipſe, vel cui haec facultas in ſpecie data eſt, poteſt.

12 a) Vid. *Ordin. Recogn. Tit. VII. §. 6.*

b) *Ord. Recogn. Tit. VIII. §. 3.* quo loco tamen monendum eſt, quod in iudicio mercatorum Lipſienſi, mulieri etiam mercatrici proſpiciatur, ne habeat, cur conqueratur, quod indefenſa detrimenti quid paſſa fuerit, adeoque toties, quoties metuere iacturam aliquam poteſt, requiratur, vt vel cum curatore, vel cum actore compareat, vel ſi horum copia non habeatur, foeminae ſoli comparenti ſtatim alteruter ex officio conſtituatur. *Ordin. Iudic. Mercator. Lipſienſ. Tit. VIII.* At in cauſa pacti remiſſorii, de damno ſentiendo aperte agitur; hinc et foemina in proceſſu noſtro, non niſi curatore aut actore aſſiſtente, legitime comparet.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/96 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

ratore, vel per actorem rite conſtitutum, [c]) item coniugatae vel cum marito, alio tamen qui illis conſtitutus eſt, curatore in genere, concurrente, vel per actorem ſatis inſtructum, [d]) comparent. Cauſas filiorumfamilias pater vi patriae poteſtatis, et pupillorum aut minorum, aliorumque, qui alius curae ſubſunt, tutor aut curator, vel, cui ab illis vices demandatae ſunt, actor pertractat. [e]) Denique curator bonorum ex officii neceſſitate, intuitu eius, quod concurſui creditorum debetur, recte ſe ſiſtit. [f]) Quae tandem de mandato manco in *Ordinatione Proceſſus Saxonici Vetere*, [g]) praeſcripta, ea per Ordinationem Recognitam, mutata non ſunt.

c) *Ord. Recogn. Tit. VIII. §. 1. et 2.*

d) All. *Ordin. Recogn. Tit. VIII. §. 1.*

e) *Ordin. Recogn. Tit. IX. §. 1. 2. et 4.*

f) Ideo namque conſtitutus eſt, vt ea, quae debitori obaerato ſeu concurſui debentur, diligenter exigat. Ceterum neceſſe eſt vt omnes, qui proceſſu noſtro inſtituto, alieno nomine comparent, non tantum pro re nata, curatoria et actoria, aut mandata exhibeant, ſed etiam, ſi cum effectu agere, et ad pactum remiſſorium quid conferre, totamque cauſam ad finem exoptatum perducere velint, plenam haec omnia peragendi habeant poteſtatem; vnde interdum citationi, quod fiebat in iudicio ciuitatis Lipſienſis in cauſa C. S. anno 1735. inſeruntur verba: oder durch gnugſam zur gütlichen Handlung, und nicht blos ad referendum inſtruirte Gevollmächtigte erſcheinen.

g) *Ordin. Proc. Sax. Vet. Tit. VII. §. 3.* tametſi in iudicio mercatorum plerumque pronunciari ſoleat: daß N. N. ſich anderer Geſtalt, und beßer als geſchehen, zu legitimiren ſchuldig.

# CAPVT VI.

## DE IIS QVAE IN TERMINO TAM A IVDICE QVAM A PARTIBVS FIVNT.

### §. I.

*Debitor libros ſuos et rationes nominum affert et producit.*

Cum debitor ſtatim in prima citatione iuſſus fuerit, vt libros ſuos mercatorios et nominum rationes producat; is nunc ita ſuo ſatisfacit officio, vt vel proximo ante terminum, vel in ipſo termini die, libros iſtos, ſuper negotiatione aut re ſua domeſtica conſcriptos, afferat et in iudicio relinquat, vt quilibet cuius intereſt, eos euoluere, contenta eorum perlegere ac inquirere, et hoc modo vel cauſas infortunii veras et iuſtas cognoſcere, vel etiam fraudem debitoris detegere queat. Vt vero certum ſit, quod debitor hac in re iuſſui iudicis obediuerit, de omnibus his libris et rationibus allatis et productis, ad Acta Regiſtratura conficitur; veluti:

In Termino

Leipzig

den 26. Februar. 1751.

Hat der Debitor communis ein Handels-Buch anhero überliefern laßen, welches in groß Folio beſtund, und in Juchten gebunden, inwendig aber überſchrieben war:

Grand

Grand Livre des Comptes
commancé
en Foire de Jubilate 1744.
par
J. B.
No. A.

Nachrichtlich vts.

Johann Gottlieb Wirth
Handels-Ger. Actuar.

§. II.

*Vnusquiſque qui comparuit praeſentiam ſuam ad Acta referri curat.*

Ipſe vero debitor, aut is qui tranſactionem obtulit, nec non creditores omnes, qui comparuerunt, [a]) iam in iudicio, quod adſint, declarare tenentur; hinc ante omnia, vti alias, et in quolibet genere proceſſus, moris eſt, praeſentiam ſuam ad Acta referri curant, ſie laßen ihr Angeben [b]) regiſtriren, vt iudex de eo, quod terminus non ſit circumductus, ſed peragenda peragi poſſint, certior reddatur. Idque eodem plane modo fit, qui in aliis iudiciis eſt receptus. [c])

 §. III.

a) Comparent autem, quamdiu iudicium nondum eſt clauſum, et ſi intereſſe amicabili conuentui velint, ante horam duodecimam, etiam in iudicio mercatorum Lipſienſi. vid. *Ord. Iudic. Mercat. Lipſienſ. Tit. X.* 2

b) Quae indicatio ſui non tam iuri ſcripto, quam obſeruantiae fori, ſuos debet natales, poſtea tamen Legibus Saxonicis confirmata et praeſcripta eſt. conf. THOM. HAYM. *de Stilo Curiae ſeu Proceſſu. Lib. I. Tit. 19.* §. 2. ibique allegat. *Mandat. de anno 1605. et 1696.* §. 4. *in Cod. Aug. Tom. I. pag. 1222. et 1246.*

c) Fit indicatio plerumque actuario, eo tamen fine, vt iudici per Acta innoteſcat, partes citationi obtemperaſſe; hinc eam et ipſi iudici, qui hanc deinde ab actuario annotari curet, fieri poſſe, recte obſeruat

## §. III.

*Inter partes praeſentes tentatur concordia; qua ratione id expediatur.*

Quo facto partes praeſentes conclaue iudicii intrare iubentur, vbi vel debitoris, aut tertii tranſigentis aduocatus, tranſactionem oblatam denuo repetit, et non tantum eam creditoribus ſuadet, ſed etiam iudicem, vt hos ad ineundum pactum remiſſorium commoueat, decenter rogat: vel iudex, praetermiſſo illo ſermone, ſtatim proprio motu creditores alloquitur, et primum quidem vicem eorum et imminentem crediti iacturam dolet, attamen ſimul infortunium debitoris, et quod hic ſine fraude bonis lapſus, adeoque beneficio remiſſionis dignus ſit, vrget, [a]) iisque concordiam atque tranſactionem, ſolenni et moleſto concurſus proceſſui praeferendam, ſuadet atque commendat, tandemque declarationem eorum, qui oblatam debiti partem accipiunt, aut ea ſe fore contentos, iam extra iudicium ſua ſubſcriptione teſtati ſunt, ad Acta conſcribi curat. Colloquitur etiam iudex cum iis, qui aduerſus debitorem nonnulla monent, et hunc, vti fere ſemper fit, neglectae diligentiae debitae arguunt, ideoque omni miſericordia indignum eſſe contendunt, eorumque animum nimium ſaepe excitatum placare ſtudet. [b]) Atque de his omnibus, et

ſeruat laudatus HAYM. *de Stilo Curiae alleg. Lib. I. Tit. 19. §. 4.* Addo, quod in noſtro proceſſu ſufficere videatur, ſi etiam absque indicatione ſolenni, partem praeſentem fuiſſe, ex Actis conſtet.

3 a) Sed vt iudex eo rectius officio ſuo fungi queat, neceſſitas quaedam efflagitat, vt quam diligentiſſime Acta perluſtret, cauſae momenta ſibi cognita faciat, ac imprimis in cauſas infortunii aeque ac in quantitatem patrimonii debitoris, et qualitatem eorum, quae creditoribus debentur, nec non tranſigentium numerum inquirat, vt cum ratione, ac ſerio rem proponere, et creditores ad tranſigendum commouere queat.

b) Quamuis autem alias amicabilis compoſitio proprie ad proceſſum

et quomodo euentus intentioni reſponderit, ſingularis re-
giſtratura conficitur, cuiusmodi exemplum hoc eſt:

In Termino
Leipzig
den 18. Iulii. 1755.

Gaben ſich an

George D = = =, Bürger und Schlößer
Hr. Johann Chriſtian H = = =,
Hr. Adu. Guſtav Wilhelm R = = = =,
in Vollmacht des Adminiſtrator. der St = = Handlung
Paul Auguſtin S = = =,
Hr. David Heinrich B = = =,
Hr. Adu. Carl Gottfried F = = =,
actor: nomine
Hrn. Iacob von V - - -, hinterl. Wittb. und Erben.
2c. 2c.
und der Debitor communis
G. F. B = = =, nebſt ſeinem rechtlichen Beyſtande
Hr. Adu. Chriſtian Ludwig S = = =.

Nachrichtlich vts.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

Eod.

ſum non pertineat, HAYM. *de Stilo Curiae Lib. I. Tit. 20. §. 2.* ea tamen hoc loco neceſſariam noſtri proceſſus partem conſtituit, quippe quo initio ſtatim de pacto remiſſorio ineundo agitur, vt inde diſſentientes ad aſſentiendum cogi poſſint, ad quod inuiti creditores vi quadam compellendi non ſunt, niſi forte, quod tamen rariſſime fit, omnes iam ſponte tranſegerint, quo caſu tantum iudiciali recognitione et confeſſione opus erit.

## Eod.

Als vorherſtehende Partheyen vorkamen, brachte der Debitor communis durch ſeinen rechtlichen Beyſtand vor, wie er ſich bereits auſergerichtlich alle Mühe gegeben, ſeine Gläubiger, zu Annehmung des von ihm angebotenen Accords, zu bewegen, welches auch ſo viel gefruchtet, daß unterſchiedene denſelben bereits acceptiret hätten; Er wiederhole alſo ſolchen, und hoffe, es würden die übrigen Gläubiger ſich ſolchen ebenfalls gefallen laßen.

Es wurde von Seiten des Iudicii hinzugefüget, wie man zwar nicht anders, als mit Betrübniß, zu Annehmung eines Accords, bey einen Falle, da binnen einer ſo kurzen Zeit, ein Banquerout von einer ſo großen Schulden-Summe, gemachet worden, die Gläubiger zu ermahnen vermöchte, zumahl diejenigen Unglücks-Fälle, auf welche der Geſetzgeber das Beneficium Ceſſionis gegründet, zur Zeit noch nicht erwieſen wären. Inzwiſchen da, dem Anführen nach, der mehrere Theil bereits conſentiret habe, gäbe man denen übrigen zu überlegen, ob ſie noch Unkoſten aufwenden, und am Ende doch mit leeren Händen ausgehen, oder lieber den Accord gleichfalls annehmen, und den für Augen habenden Verluſt mit Gelaßenheit ertragen wolten.

## Die Gläubiger

ließen ſich vernehmen, wie ſie nicht glaubten, daß die ſtarken Anforderungen einiger Gläubiger, ſo wie ſie angegeben worden, allerdings ihre Richtigkeit hätten, dahero auch deren Erklärung ſie noch zur Zeit nicht zu bewegen vermöchte, ſondern vor allen Dingen die Unterſuchung dieſer Rechnungen vor ſich gehen müßte, damit man ſähe in wie weit ſolche mit des

Debi-

Debitoris Büchern, darinne man bereits bedenkliche Raſuren und Zeichen angemerket habe, übereinträffen, überdieß fehleten auch noch unterſchiedene Bücher, und die dazu gehörigen Waaren-Conti, nebſt der Correſpondenz, und die letztere Bilanz ſey in Anſehung der Unterſchrifft verdächtig, wannenhero dieſelbe unmöglich richtig ſeyn könnte.

## Debitor communis

führete dagegen an, daß bey der Bilanz ein Schreib-Fehler vorgegangen ſeyn müßte: übrigens habe er ſeine ſämtlichen Bücher ſchon längſt in die Gerichte geliefert, und wären auch noch bey hieſigen Stadt-Gerichten befindlich, daſelbſt auch denen Gläubigern bereits vorgeleget worden.

Als hierauf ieder insbeſondere um ſeine Erklärung, wegen des Accords befragt wurde, haben

Hr. Johann Chriſtian H = = =,
Hr. Andreas Friedrich E = = =,
mandatar. nom. derer Herren H = = =,
Hr. Adu. Carl Gottlieb O = = =, und
Hr. Johann Gottlieb S = = =,
Hr. D. Friedrich Balthaſar H = = =,
mandatar. nom.
Hr. Rudolph Benedict J = = =, und
Johann F = = =,

ſich erkläret:

daß ſie den zu 20. pro Cent, in zweyen Terminen, vorgeſchlagenen Accord acceptirten.

Jedoch mit dem ausdrücklichen Vorbehalte, daß der Debitor B. nach dem, von ihm geſchehenen Verſprechen, die Helfte des Accords-Quanti an 10. pro Cent, ſo fort bey

Aufhebung der Sequeſtration, und die andere Helfte ebenfalls an 10. pro Cent, ſechs Monate darnach, baar bezahle, dahingegen bey Unterbleibung ein oder des andern, ſie an den unterzeichneten Accord nicht gebunden ſeyn wolten, ſondern der völligen Forderung halber, quaevis iuris competentia ſich ausdrücklich reſeruirten. Die übrigen Gläubiger insgeſammt haben den Accord anzunehmen ſich verweigert, und unter allerley Vorwürffen, woraus des Debitors Verſchwendung heraus zu bringen ſey, auf Unterſuchung derer Bücher prouociret.

Welche ihnen nachgelaßen ſeyn ſoll.

Uebrigens wurden ſie bedeutet, der Citation Folge zu leiſten. Actum in Conſ. Dnn. Deput. vtſ.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

## §. IV.

*Diuerſi caſus, qui in hoc termino a parte creditorum contingunt.*

Creditores autem in hoc termino vel omnes comparent, vel nonnulli emanent. [a]) Eorum, qui ſe ſtiterunt, quidam oblatam tranſactionem accipiunt, quidam recuſant, quidam totum creditum remittunt. Videamus iam, quid vnoquoque caſu proceſſus noſter requirat, quidue vel a creditoribus, vel a iudice peragi debeat.

## §. V.

*Creditores tranſigentes credita*

Nimirum creditores, qui comparuerunt, et tranſactionem acceperunt, iam credita ſua deſignant et ſummariter demon-

4 a) Si omnes creditores emanſerint, proceſſus pacti remiſſorii vix ac ne vix quidem continuari poteſt, ob rationem quam expoſui *Cap. I. §. 12. in fin. et ſub lit. d) pag. 13.*

*ſua deſignant et ſummariter demonſtrant.*

demonſtrant. [a]) Quod vtrumque ita fieri ſolet, vt ſinguli ſeparatim, primum indicent, quantum cuiuis debeatur, et deinde quilibet rationes, quibus nominis veritas demonſtratur, alleget, aut documenta, quae habet, eum in finem producat. Sufficit autem qualecunque argumentum, aut inſtrumentum a debitore, antequam bonis ceſſit, ſubſcriptum, quinimo ex libro mercatorio, etſi huius fides iureiurando nondum ſit firmata, deſumtum, modo creditum inde probabile fiat, [b]) quia non ſolennis probatio, ſed ſummaria tantum demonſtratio requiritur. Nec dubito, quin ob eandam rationem, teſtium ad ſolius creditoris inſtantiam examinatorum teſtimonia ſint admittenda. Et ſi quis deſtitutus ſit omni ad demonſtrandum documento alioue argumento, creditori per ſententiam, vti ſaepe pronunciatum fuit, confirmatio crediti iurata iniungitur. Non tamen debitoris lapſi nunc facta confeſſio valet, [c]) neque cum eo, aut inter creditores de crediti veritate, aut alicuius prioritate diſceptatur, quamuis indicia falſi indicare, cuilibet liberum eſſe arbitrer.



a) Qui aliena negotia peragunt procuratores, hoc loco mandata ſua, vna cum reliquis, quae ad legitimationem pertinent, veluti tutoria, curatoria etc. exhibere tenentur; alias non admittuntur, vel id quod agunt, plane non attenditur. 5

b) Sufficiet quoque ac valebit tranſſumtum ex libro mercatorio, meo quidem iudicio, aduerſus debitorem non mercatorem. Cum enim aduerſus mercatorem plene probet, credo equidem, quod aduerſus non mercatorem, vim probationis minus plenae, ſeu demonſtrationis minimum ſit habiturum, imprimis cum confeſſio debitoris in ſe quidem inualida, accedat, et probabilitatem augeat. vid. *Ord. Rec. Tit. XXX. §. 4.*

c) Soli namque debitori lapſo nulla fides habetur, quia in debiti ſolutione defecit, adeoque in eum hactenus fraudis cadit ſuſpicio, donec infortunii cauſae probentur. conf. *Cap. IV. §. 14. ſub lit. a) pag. 62.*

*Exemplum deſignationis et demonſtrationis.* In deſignatione crediti autem eiusque demonſtratione, hunc modum procedendi obſeruant:

Leipzig

den 18. Iulii 1755.

Liquidirte

Herr D. Friedrich Balthaſar H = = =,

mandatario nomine

Hrn. Johann F = = =, Handelsmann zu Hamburg.

20696. Banco Mrk. 12. Schilling,

oder

10141. Thlr. 10. gr. ---

welche derſelbe bey G. F. B. für demſelben geſandte Waaren, zu fordern habe. Producirte zur Beſcheinigung eine aus ſeines Conſtituenten Handels = Büchern, gezogene vidimirte Rechnung; Und bezog ſich übrigens wegen Annahme des Accords auf ſeine bey der Verhör, gethane Erklärung.

Nachrichtlich vtſ.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels = Ger. Actuar.

Iam apponitur mandatum, ſimulque documentum demonſtrationis producitur, quibus, extra territorium confectis, quae forte deficit, additur charta ſigillata, das erforderliche Stempel = Pappier, cui inſcribitur: Umſchlag zu inliegender Vollmacht, vel zu inliegenden Vidimus etc. Conſignatio ex libro mercatorio deſumta, vt eam iſti libro reſpondere conſtet, vel notarii, vel alius publicae perſonae teſtimonio

firmata

firmata exhibetur: [d]) vel interdum totus liber mercatorius in iudicio producitur, [e]) vt inde, quod creditori deberi apparet, ad Acta tranſcribatur. [f]) His opus non eſt, ſi creditor confectam rationem, a debitore ſua ſubſcriptione agnitam, habeat, quippequam aeque ac creditor cambialis cambium, aut alius chirographon, aliudque inſtrumentum validum, ad creditum demonſtrandum recte producit. Poteſt autem creditor ſi velit, quoduis documentum originale repetere, dummodo vidimatam, quam vocant, copiam, in Actis relinquat. Nulla tamen vllius documenti recognitio poſtulatur, cum non probatio ſolennis, ſed demonſtratio tantum deſideretur.

## §. VI.

Aſt hi deſignationis ac demonſtrationis actus omnium, nec eodem termini die, neque etiam tantum *Deſignatio et demonſtratio*

 intra

d) Ita extractus ex libro mercatorio, in cauſa F - - - -, hoc notarii teſtimonio munitus erat: Daß dieſe Courrant-Rechnung mit dem Handels-Buche des Herrn Johann F - - -, welches mir Notario in originali vorgezeiget worden, conform und gleichlautend ſey, ſolches atteſtire hiermit, nach geſchehener Collationirung von Amts wegen. Hamburg, den 28. Iunii 1755.

(L.S.) Johann Martin Lambrecht,
Not. Caeſ. publ. et iurat.

e) Quod imprimis creditoribus iis incumbit, qui Lipſiae commorantur, ita vt copiae documentorum, notarii fide firmatae, ab illis productae, in iudicio mercatorum ne quidem admittantur, vti *Scabini Lipſienſes* pronunciarunt. Illi igitur qui extra locum iudicii deprehenduntur, hac in re facilius notarii auctoritate vti poſſunt.

f) Addito conſueto teſtimonio: *concordat producto*, cum nominis perſonae publicae ſubſcriptione.

*omnium non eodem die abſoluitur.*

intra ſeptiduum expediuntur, quandoquidem tam breui temporis ſpatio, cauſae tot creditorum, numero triginta quandoque pluriumue, ne quidem abſolui poſſunt, ſed longius tempus indefinitum, moribus iam eſt conceſſum, intra quod alter poſt alterum, ſenſim ſenſimque, rem ſuam proponit atque demonſtrat. [a]) Opus tamen eſt, vt, qui hoc efficere vult, compareat, mentemque ſuam declaret, ante quam altera citatio emittatur; alias enim iterum ac denuo, vt, quae hactenus intermiſit, faciat, citatur. [b])

## §. VII.

*Quidam tranſactionem recuſant; quomodo?*

Illi, qui adſunt quidem, attamen oblatam tranſactionem recuſant, vel praeterquam quod ſui copiam faciant, vix nomen ſuum profitentur, et quae in iudicio fiunt, auribus percipiunt, de cetero autem nihil declarantes, quaſi muti rurſus diſcedunt: vel creditum deſignant et demonſtrant, ſimul vero ſe nolle tranſigere aperte conteſtantur. Poſtremo caſu de intentione creditoris ad Acta huiusmodi conficitur regiſtratura:

Leipzig

den 22. Ianuarii 1756.

Liquidirte

Iohann G. für ſich und ſeinen Conſorten.

Iacob C.

77. Thlr. 2. gr. 6. Pf.

welche

6

a) Ita in cauſa I. B. anno 1750. haec liquidatio et demonſtratio continuata eſt, a die 28. Octobris, vſque ad diem 4. Nouembris, quo tandem vltimus comparuit.

b) Intereſt, vt cauſa finiatur, quae propter vnius alteriusue moram, quieſcere aut negligi nequit.

welche ihnen der Debitor communis G. F. B. für empfangene Waaren ſchuldig verblieben. Producirte zur Beſcheinigung ihr Handels-Buch, woraus nachſtehende Conto [a]) genommen worden; Und erkläret ſich übrigens, daß weder er, noch ſein Conſort, den vorgeſchlagenen Accord anzunehmen gemeynet ſey.

Nachrichtlich vtſ.

Johann Gottlieb Wirth
Handels-Ger. Actuar.

Sed neuter eorum ex lite dimittitur; quin potius hi omnes, etiam cambiales creditores, qui ſemel comparuerunt, wenn ſie ſich einmahl bey dem Credit-Weſen gemeldet haben, nec, ſe nolle in hac cauſa concurrere, in iudicio declararunt, [b]) amplius

a) Transſumtum hoc erat: Extract aus dem von Herren C. und Conſ. 7
producirten Handels-Buche, welches rubriciret war.

Maſtrino
principato di fiera
Iubil. 1755.
No. 4.
fol. 60.
G. F. B. Deve, com' al Maſtrino No. 3. fol. 184.
Thlr. 77. 2. 6.
Concordat Originali

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

b) *Deciſ. Elect. XXVI. de anno 1746.* Quamuis enim eiuſmodi creditores ex laudata *Dec. Elect. XXVI.* ius cambii ſaluum, et aduerſus debitorem impoſterum exercendum, ſibi reſeruare queant; de hac tamen eorum intentione conſtare debet, adeoque vt ideo ad iudicium vocentur, neceſſe eſt, quia partem debiti remittere ac tranſigere non prohibentur, et a pacto plurium remiſſorio ineundo, inſtar hypothecariorum, non ſunt exemti, neque adeo ante quam voluntas eorum cognita ſit, proceſſus pacti remiſſorii ad finem perduci poteſt, cum ignoretur, num in hac cauſa concurrere, an ei renunciare,

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/109 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

amplius ſub poena et vltima comminatione citantur, tandemque, ſi plures tranſegerint, vt eadem parte, quam plures acceperunt, contenti ſint, compelluntur.[c])

## §. VIII.

*Nonnulli totum creditum remittunt.*

Qui eo animo comparent, vt totum creditum remittant, illi tantum hanc ſuam liberalitatem ad Acta annotari curant, hoc plerumque modo:

Leipzig
den 18. Martii 1757.

Erſchien coram Actis
Herr Adu. Chriſtian Gottlieb B. actorio nomine
Sophien Dorotheen, verwittibten N.
und brachte an, was maaßen ſeine Conſtituentin diejenigen 12. Thlr. womit ſie als Gläubigerin bey G. F. B. Credit-Weſen angeſetzet worden, hiermit fallen laße, und ſich gänzlich davon losſage; wie ſie denn auch geſchehen laßen könne, daß die Sequeſtration aufgehoben, und die Gelder ex depoſito verabfolget werden möchten.

Nachrichtlich vts.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

De quibus notandum eſt, quod, poſt factam totius crediti remiſſionem, ne amplius quidem in numerum creditorum, multo minus eorum, qui tranſegerunt, veniant, ſed ab hac tota cauſa penitus excludantur.

§. IX.

ciare, et iure cambii impoſterum vti velint. Simulac vero animum de iure cambii conſeruando declarant, hoc in proceſſu non amplius citantur.

c) Creditores hypothecarii et priuilegiati huc non pertinent, nec eſt, quod mentem intuitu pacti remiſſorii ineundi declarent, ſed ſatis eſt, ſi modo indicauerint, quantum ſit, quod iis debeatur.

## §. IX.

Ponamus autem, quod quis, oblata debiti parte ſub conditione ſe fore contentum, declaret, veluti ſi procurator, vt nuper contingebat, rem ita proponat: daß ſein Principal, den offerirten Accord, anderergeſtallt nicht acceptire, als wenn 1) die angebotenen 20. pro Cent, auf einmahl baar bezahlet würden, und 2) der Debitor, daß er niemahln allhier wieder Handlung treiben wolle, ſich anheiſchig mache. Quaeritur: an eiusmodi creditor pro eo, qui accepit, an pro eo, qui recuſauit tranſactionem, habendus ſit? Reſpondeo: quamuis multum forſitan diſputari poſſit, num appoſita conditio facile adimpleri queat, nec ne, item an ad debitorem, aut creditores, aut alium quendam ſpectet; hac tamen ſubtili diſtinctione ac disquiſitione merito ſuperſedemus, quia hoc certum eſt, quod creditor ille, in oblatam tranſactionem nondum vere conſenſerit, nec citationi, qua iubebatur: die Gläubiger darauf, ob ſie den vorgeſchlagenen Accord anzunehmen gemeynet, oder nicht, ſich deutlich zu erklären, vti par erat, ſatisfecerit, adeoque non poſſit non pro recuſante ac diſſentiente haberi. [a]) Et ita quoque in foro res explicatur. [b])

*An is, qui partem debiti ſub conditione remittit, pro tranſigente habeatur?*

§. X.

a) Quae quaeſtio tunc imprimis in conſiderationem vocanda et indaganda venit, vbi maior pars creditorum nondum conſenſit, adeoque ſcire expedit, an ille, qui ſub conditione partem debiti accepit, numerum plurium conſentientium ſuppleat, an vero diſſentientibus adhuc annumeretur. Quodſi plures creditorum alii ſub conditione, alii pure conſenſerint, pars maior vel illorum vel horum ſequenda eſt. Quo caſu ſi euenerit, vt omnes non niſi ſub conditione tranſegiſſe cenſerentur, debitoris erit, vel conditionem implere, vel creditores vt eam poſtea remittant, commouere.

b) Sic haud ita pridem eiuſmodi caſus in iudicio mercatorum

## §. X.

*Quomodo contra non comparentes procedatur?*

Eorum creditorum, qui non comparuerunt, contumacia quidem ſolenniter haud accuſatur, cum nulla ſingularis contumaciae poena in illos ſtatuta ſit: [a]) hoc autem fieri ſolet, vt iudex denuo imploratus alteram, et, ſi opus eſt, tertiam citationem decernat, illosque vna cum iis, qui ſe ſtiterant, attamen mentem ſuam vel plane non, vel diſſenſum declarauerant, vt officio ſatisfaciant, iubeat, [b]) tandemque pro cauſae qualitate ſententiam ferat.

## §. XI.

*Quid, ſi tertia perſona proceſſum inſtituerit, in primo termino fiat?*

Dixi hactenus, quid in termino peragatur, ſi debitor obaeratus ipſe tranſactionem obtulerit. Nunc videndum, quid fiat, ſi tertia perſona hunc proceſſum inſtituerit, eoque nomine, primum amicabilis compoſitionis terminum conſtitui, petierit. Nimirum quae illo caſu, quo cum debitore agitur, intuitu partium comparentium, de legitima comparitione, de indicatione ſui, de tranſactionis oblatae repetitione, de tentanda inter partes concordia, de remiſſionis iam extra iudicium factae agnitione, nominumque ſubſcriptorum recognitione iudiciali, quinimo de crediti deſignatione ac ſummaria demonſtratione, dicta ſunt: ea et hic

Lipſienſi dicto modo deciſus, atque talis creditor pro diſſentiente declaratus fuit.

10 a) Etenim prima citatio tantum erat monitoria, vid. *Cap. IV. §. 3. lit. b) pag. 47.* altera non niſi mulctam 5. thaleror. continebat, *all. loc. §. 5. pag. 50.* et tertia demum, tanquam ipſo iure peremtoria, ſub comminatione, vt pro conſentientibus haberentur, emittebatur, *all. loc. §. 2. pag. 47. et §. 7. pag. 53.* Iudex vero tantum imploratus contumaces pro re nata condemnat.

b) Vide quae tradita ſunt *Cap. IV. §. 4. 5. 6. 7.* Ceterum ſi denuo citati in ſecundo aut tertio termino ſe ſiſtant, eadem adhuc fiunt, quae in primo termino fieri obſeruauimus.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/112 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

hic eodem plane modo locum habent,[a]) et ita etiam expediuntur, vt ſuper omnibus, quae in iudicio peracta ſunt, regiſtratura conficiatur, cui quandoque plenioris ſecuritatis cauſa, creditores conſentientes vna cum tertio illo implorante, nomina ſua ſubſcribunt. [b]) Ceterum hic tertius ille, a librorum quorundam, aut nominum rationum productione, plane eſt immunis. [c])

## §. XII.

In ſecundo termino, vbi iam ex pacto plurium creditorum,[a]) aduerſus eos agitur, qui in primo termino vel non comparuerunt, vel a tranſigentibus diſſenſerunt, [b]) iudex partes, poſtquam hae praeſentiam ſuam indicarunt, placide ſedateque ad concordiam hortatur, et creditores *Quid fiat in ſecundo termino.*

 adhuc

a) Nam ad haec omnia peragenda, etiam hoc caſu citatae ſunt partes, vid. *Cap. IV. §. 9. pag. 56.* nec ſingularis quidam et ab illo diuerſus procedendi modus hic eſt introductus. Demonſtratio crediti autem quandoque intermittitur, ſi de illus veritate ex Actis iam conſtet. 11

b) Non eſt, quod integra eiuſmodi regiſtratura huc transſcribatur, cum eam quilibet animo facile cogitare poſſit, dummodo, quae mutanda ſunt, mutet, et ea, quae hoc caſu ſingulariter obueniunt, obſeruet.

c) Ea enim tantum debitori obaerato imponitur. Et deinde tertia perſona, vt in ſuperioribus monui, ſolo iure ciuili nititur, quo tamen earum ſcripturarum producendarum ne quidem mentio eſt facta.

a) Illud etiam hoc loco ſupponendum eſt; alias enim creditores nec ad implorationem tertiae perſonae, ſecunda vice citari ſolent. 12

b) Qui diſſentientes, ſi forte nec in ſecundo termino ſe ſiſtant, nulla ſolenni contumaciae accuſatione, ſed ſola officii iudicis imploratione praecedente, tertia vice, et quidem, quod res ipſa poſtulat, ſub comminatione, vt in caſum contumaciae pro conſentientibus habeantur *vid. Cap. IV. §. 9. pag. 56.* citantur, vbi in tertio termino, ſi tunc compareant, eadem quae hic commemorantur, in iudicio peraguntur.

adhuc diſſentientes, vt transigentium voluntati ſe conforment, commouere ſtudet, atque qua ratione officio ſuo functus ſit, ad Acta referri iubet, quod in aliqua cauſa hunc in modum effectum eſt:

In Termino

Leipzig

den 9. Februar. 1753.

Gab ſich an

Herr D. C. G. G. actorio nom. Fr. R. S. S.

und

Herr Adv. C. F. B. als Actor ſubſtitutus Herrn L. J. C. F. und Conſortens.

Als dieſelben vorkamen, wurde die Sache, und worauf es ankomme, kürtzlich referiret, und des letztern Erklährung, ob ſeine Principalen den Accord anzunehmen, oder ſonſt auf andere Arth ſich zu vergleichen geſonnen, erfordert. Worauf derſelbe ſich erklährte, wie ſeine Principalen annoch bey ihrer Meynung verharreten, daß ſie prioritætiſch lociret werden müſten, und ihnen das beneficium reſtitutionis in integrum zuſtünde.

Kläger ſtellte dagegen vor, daß letzteres ſeinen Principalen als privatis nicht zukommen könnte, die pia cauſa aber weder weggeliehen noch liquidiret habe; Um aber in Kürtze von der Sache zu kommen, ſey er inſtruirt noch etwas über den Accord zuzuſetzen.

Beklagter hingegen ſchützte den Mangel ſeiner Inſtruction vor; Weswegen die Partheyen bedeutet wurden ihre rechtliche

Nothdurfft

Nothdurfft ad Acta zu bringen. Actum in Conſ. Dnn. Deputat. vtſ.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

## §. XIII.

*Quomodo inſtituatur diſceptatio* das rechtliche Verfahren.

Quodſi cauſa, vt plerumque fit, amicabili pacto ſopita non ſit, hoc caſu partes ad breuem iudicialem diſceptationem, zum kürzlichen Verfahren, admittuntur. In hac is, qui partes implorantis tenet, primum transactionem oblatam repetit, et fundamentum iuris ſui demonſtrat: huic altera pars reſpondet, et poſt deſignatum et demonſtratum creditum, exceptiones quas habet, opponit, veluti nondum exiſtentis pacti plurium remiſſorii, adeoque non competentis iuris agendi, item pacti conuenti, aliasque. Poſt ille replicat, hic triplicat, et vterque tandem concludit. [a]) Atque in hoc inter eum, quo debitor ipſe, et inter alterum caſum, quo tertia perſona hunc proceſſum inſtituit, praecipua deprehenditur differentia.

a) Haec diſceptatio etiam ad ſeptiduum aut aliud certum tempus 13
non eſt reſtricta, et quae in cauſa R. S. S. anno 1753. in iudicio mercatorum Lipſienſi inſtituebatur, die termini 9. Februarii coepta, die demum 10. Aprilis finiebatur.

# CAPVT VII.

## DE SALVO CONDVCTV, DVRANTE PROCESSV PACTI REMISSORII, A DEBITORE OBAERATO IMPETRANDO.

### §. I.

*Priori ſaluo conductu finito, debitor nouum tempeſtiue petit.*

Qua ratione debitori, quamprimum bonis ceſſit, ſaluus conductus, quo aduerſus quoſuis, etiam cambiales creditores, tueri ſe poſſit, ad tres menſes a iudice concedatur, ſupra dictum eſt. [a]) Iam dum ea, quae huc vſque tradidi, in iudicio peraguntur, tempus illud trimeſtre, procul dubio praeterlapſum, eoque ipſum ſecuritatis beneficium publice conceſſum finitum eſt. Quo facto, debitor obaeratus, licet bonis ceſſerit, atque proceſſum pacti remiſſorii inſtituerit, niſi, quod vix eueniet, iamiam omnes creditores transegerint, haud amplius eſt ſecurus, ſed merito timet, ne quis creditorum imprimis cambialium eum conueniat, atque vt ſecundum iuris rigorem procedatur, impetret. [b]) Quia vero eiusmodi infelix euentus non tantum

a) vid. *Cap. III. §. 1. pag. 35.*

b) Cuiusmodi caſus in cauſa D. S. B. anno 1753. coram iudicio mercatorum Lipſienſi accidebat, vbi vnus ex creditoribus, quamquam maior eorum pars, de remittenda debiti parte, iam pacta erat, idque in iudicio declarauerat, cauſa tamen per rem iudicatam nondum deciſa, et ſaluo conductu finito, nihiloſecius debitorem ex cambio conueniebat, eumque quia ſoluere non poterat, in cuſtodia iudiciali detineri impetrabat. Equidem non inficior, quod hic procedendi modus, ob circumſtantias, quae tum concurrebant, impugnari potuerit. Quia vero iudex ita decreuerat, caute agit debitor, qui hoc periculum effugere et anteuenire ſtudet.

tantum ipſi debitori, ſed et creditoribus paciſcentibus maximo foret detrimento, cum ita pacto remiſſorio ineundo perficiendoque, nec non ſtudio creditores ad concordiam commouendi, remorae haud exiguae iniicerentur; hinc debitorem, vt nouum ſaluum conductum tempeſtiue, id eſt, ante quam prior ille finitus ſit, petat, omnino decet.

§. II.

Apud Lipſienſes in cauſa mercatoris, hoc totum negotium ad iudicium ciuitatis pertinet. Iis igitur qui huic iudicio praeſunt, debitor rem ſuam proponere, et quod certa ſpes pactum remiſſorium perficiendi adſit, demonſtrare, eosque, vt pro noua ſecuritate ac dilatione concedenda, ſine mora ad principem ſolicite referant, [a]) enixe rogare tenetur; quippe quod ita efficitur: *Vbi et quomodo?*

Ew. ꝛc. ꝛc. ſtatte hierdurch den verbindlichſten Dank ab, daß Dieſelben unterm 12. May iüngſthin, wieder meine Wechſel und andere Gläubiger, auf 3. Monathe, mir ein ſicher Geleithe zu ertheilen hochgeneigt geruhen wollen. Ich habe auch meines Orts, binnen ſolcher Zeit alles gethan, was mir nur möglich geweſen, und nicht nur beym Wohllöbl. Handels-Gerichte alhier, auf den 18. dieſes, einen güttlichen Verhörs-Termin ausgebracht, ſondern auch bereits auſergerichtlich, nach beygehender Abſchrifft, des, an meine Herren und Frauen Gläubiger gerichteten Umlaufs, ſo ich auf iedesmahliges Verlangen, mit

a) Nam facultas concedendi ſaluum conductum, inuitis creditoribus, tanquam ſpecies diſpenſationis, ſoli principi eſt propria; hinc iudex eum denuo et amplius, ſola ſua auctoritate dare nequit, ſicuti nec prima vice illud aliter Lege permiſſum eſt, quam ſi ſtatim ea de re ad principem referatur. *vid. Mandat* wieder die *Banqueroutiers* §. 4. vbi dicitur: und zugleich davon an Unſere Landes-Regierung Bericht erſtattet werde.

mit dem Originali zu beſtärken erböthig bin, die meiſten und ſtärkſten meiner Herren Gläubiger dahin vermocht, daß ſie den zu 20. pro Cent ihnen angetragenen Accord anzunehmen ſich gefallen laßen, immaßen

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Hr. M. v. S. wegen | 1762. | 2. | = | |
| Hr. J. L. S. wegen | 67. | 9. | = | |
| Hr. R. B. J. wegen | 24162. | 9. | = | |
| Hr. J. F. wegen | 10141. | 10. | = | |
| Hr. H. u. C. H. wegen | 210. | 13. | 4. | |
| Hr. H. K. wegen | 43. | 18. | = | |

mithin zuſammen benandte Gläubiger wegen 36387. Thlr. 13. gr. 4. Pf. den Umlauf theils ſelbſt unterſchrieben haben, theils durch ihre Gevollmächtigte unterzeichnen laßen, folglich nicht nur maiora, ſondern bereits über zwey Drittheil vorhanden ſind; ich ſchmeichle mir auch, dieienigen, ſo ſich noch zur Zeit zum Zwecke nicht geleget, vollends in Güte ebenfalls zu gewinnen.

Da aber dieſes eine Sache iſt, ſo Zeit erfordert, und obige 3. Monate zu Ende lauffen; Als erſuche Ewr. ꝛc. ganz gehorſamſt, Dieſelben wollen wegen Prolongation des Salui Conductus, und daß mir nach deßen Ablauf annoch auf 3. Monate ein ſicher Geleite, wider meine Wechſel= und andere Gläubiger ertheilet werde, Dero allerunterthänigſten Bericht zu erſtatten, und mein Geſuch bewandten Umſtänden nach, zu unterſtützen, hochgeneigt geruhen; ich beharre dafür mit aller Hochachtung ꝛc. ꝛc.

In cauſa non mercatoris, quin coram ſolo ciuitatis Lipſienſis iudicio, ſicut alibi locorum coram iudice debitoris

ris ordinario competente, vna cum proceſſu pacti remiſſorii, etiam cauſa ſalui conductus impetrandi, pertractetur, dubitari non poteſt. b)

## §. III.

Ad has litteras ſupplices oblatas, iudex vtplurimum rem ad principem referri decernit, qua relatione praeter ea, quae hactenus peracta ſunt, et quod debitori ſaluus conductus ad tres menſes prima vice iamiam conceſſus fuerit, haec tandem contineri ſolent: uns anderweit unter dem 6. huius zu erkennen gegeben, daß er bereits bey dem Handels-Gerichte einen Termin zur Güte ausgebracht, und die allerſtärkſte Hofnung hätte, durch die offerirten 20. pro Cent, ſeine Gläubiger, deren die meiſten bereits unterſchrieben hätten, zu beſänftigen, und ſolchergeſtallt das Credit-Weſen zu heben, welches aber dem ohngeachtet vor Ablauf des ſchon erhaltenen ſichern Geleites zu bewerkſtelligen faſt ohnmöglich falle; Dahero er um prolongation ſeines ſalui conductus annoch auf 3. Monate, und unſere allerunterthänigſte Berichts-Erſtattung gebeten haben wolle. Nachdem nun dieſes Vorgeben nicht ohne Grund zu ſeyn ſcheinet; Als haben Ewr. Königl. Majeſt. und Churfürſtl. Durchl. was Höchſtdieſelben darauf zu reſoluiren, und uns allergnädigſt anzubefehlen geruhen möchten, wir in aller Unterthänigkeit überlaßen ſollen; die wir in treubeſtändigſter Deuotion und Gehorſam iederzeit beharren.

*Noua haec ſecuritas conceditur mediante principis reſcripto.*

Quibus ad principem perlatis, hic iudici reſcribendo fere hunc in modum reſpondet:

Von

b) Conferantur ea, quae hac de re dixi *Cap. III. §. 4. pag. 37.*

Von GOttes Gnaden **Friedrich Auguſt**, König in Pohlen ꝛc. ꝛc. Churfürſt zu Sachſen ꝛc. ꝛc.

Liebe Getreue. Nachdem Wir auf angehörte Verleſung euers unterthänigſten Berichts vom 13. huius geſchehen laßen können, daß J. C. A. der gebetene Saluus Conductus anderweit auf Drey Monat prolongiret werden möge; So begehren Wir, ihr wollet hierauf das fernere Nöthige behörig verfügen. Mochtens euch nicht bergen. Und es geſchicht daran Unſere Meynung. Datum Dresden am 18. Septembr. 1755.

H. F. v. Stammer,

Ioh. Auguſt ô Feral S.

## §. IV.

*Quid poſt impetratum hoc principis reſcriptum in iudicio fiat.*

Huius impetrati principis reſcripti notitia, apud Lipſienſes in cauſa mercatoris, a iudicio praetorio perfertur ad iudicium mercatorum, [a]) vt hoc inde compertum habeat, debitorem ob nouam ei conceſſam ſecuritatem conueniri a nemine poſſe, ſiquidem tantum coram hoc iudicio mercatores ex cauſa negotiationis conueniuntur. Alias et in cauſa debitoris, qui non eſt mercator Lipſienſis, illa reſcripti cum alio iudice communicatione, opus non eſt, cum idem iudex, coram quo bonis ceſſum eſt, etiam in ventilanda cauſa pactionis remiſſoriae, et actionum, quae contra debitorem inſtituuntur, ſit competens, atque ſufficiat, ſi de hac ſecuritate nouiter impetrata, ipſe ſit certior factus. Vt vero debitor habeat, quo aduerſus tela creditorum tueri ſe

a) Idque fieri ſolet litteris conſuetis, quibus adiicitur copia reſcripti, quae deinde in iudicio mercatorum Actis inſeruntur.

4

ſe queat, ei ſolenne ac publicum inſtrumentum eam ob rem exhibetur. b)

## §. V.

*Eiusmodi preces debitor quoties opus eſt, repetit.*

Quo altero ſaluo conductu rurſus finito, atque etiam impoſterum toties quoties opus eſt, debitor denuo iudicem adit, eumque vt nouum ſaluum conductum ex gratia principis concedi efficiat, ac eo nomine ad principem referat, decenter rogat, vt hac ratione cauſa coepta eo feliciori ſucceſſu finiatur. a) Hisque caſibus non tantum facile relatio ad principem mittenda decernitur, b) ſed et a ſuperiore, niſi graues cauſae id impediant, deſiderium debitoris clementiſſime expletur.

## §. VI.

*Computatio temporis, ad quod ſaluus conductus conceſſus.*

Sed iterum ac denuo ſaluus conductus varie impetratur; vel enim ante finitum priorem, vel cum ipſo tempore prioris elapſo, vel poſt eum iam aliquamdiu finitum, conceditur. Quibus caſibus haud inutilis oritur quaeſtio: quomodo tempus, ad quod ſaluus conductus conceſſus eſt, computari, et quando illud inchoari debeat? Ego vero ita diſtinguendum eſſe arbitror; Aut in reſcripto principis tempus illud clare ſatis expreſſum ac definitum eſt, veluti

O 2 his

b) Vt cuiuis creditori nihilominus aduerſus eum agenti, veluti ſi debitor permiſſu iudicis profectus, in alio loco ex cambio conueniatur, exceptionem ſalui conductus, in quolibet iudicio non tantum opponere, ſed etiam demonſtrare in continenti poſſit.

a) Quid iudici a debitore his litteris ſupplicibus proponendum ſit, res ipſa docet, et vberius ex iis quae commemorata ſunt *h. Cap.* §. 2. colligi poteſt.

b) Qua relatione, vt nemo non intelligit, ea quae debitor propoſuit, vna cum iis, quae voto implorantis vel annuunt, vel refragantur, continentur.

his interdum inſertis verbis: nach Ablauf des Erſtern, [a]) quo caſu res nec explicatione, neque diſceptatione quadam indigere videtur: Aut initium illius temporis haud expreſſum, ſed tantum in genere dictum eſt: daß der gebetene Saluus Conductus anderweit auf Drey Monate prolongiret werde. Hoc altero caſu, *ſi conceſſus eſt ſaluus conductus ante finitum priorem*, ille quidem inchoari eiusque tempus currere nequit ante, quam prior lapſu temporis penitus ſit extinctus; nam alias debitor, citra legislatoris intentionem, et ſine vlla ratione aut commodo, duplici beneficio, eodem tempore frueretur. Accedit, quod Leges [b]) omnem dilationem, cuius ſpeciem noſter Saluus conductus merito conſtituit, ita computari velint. Quod ſi *ſaluus conductus cum ipſo tempore prioris finito ſit conceſſus*, res ipſa loquitur, ſiquidem tunc nec citius, neque tardius quam impetratus eſt, computari poteſt, adeoque vt a momento prioris finiti currere incipiat neceſſe eſt. Tandem ſi *ſaluus conductus aliquo tempore poſt finitum priorem conceſſus*, huius nouae ſecuritatis tempus, computari et currere nequit, niſi a tempore, quo reſcriptum principis iudici oblatum, aut, ſi vſus fori illud poſtulet, debitori de eo notificatio facta eſt, quia beneficia quae a principe profi-

6 a) Vel ſi haec in reſcripto expreſſa reperiantur verba: von dato an gerechnet, vel, von der Zeit an, da dieſes Unſer Reſcript eingegangen, cuiuſmodi exempla quandoque obueniunt.

b) Nimirum ex *Ordin. Recogn. Tit. XX. §. 6.* dilatio regulariter, elapſo termino priori, currere incipit, adeo vt ne iudici quidem facultas illud mutandi competat. Negari tamen nequit, quod hoc argumentum magis illuſtret quam probet, quoniam *all. Ord. Rec.* tantum de dilationibus a iudice conceſſis loquitur, atque aliis principis placitis non praebet normam.

proficiſcuntur, quam pleniſſime accipienda ſunt, [c]) neque iis priuari poteſt is, quem ornatum ſua gratia princeps voluit. [d])

## §. VII.

*Tertia perſona hunc proceſſum inſtituens ſaluo conductu poteſt carere.*

Tertia perſona, quae pactum remiſſorium ineundum intendit, aut ex pacto plurium creditorum iam agit, iisdem creditoribus nihil debet, adeoque perperam timet, ne ob debitum quoddam arreſto detineatur, eoque a propoſito declinetur. Quae cum ita ſint, illam beneficio ſalui conductus carere poſſe, certum quam quod certiſſimum eſt. In tertia igitur perſona, quae proceſſum pacti remisſorii inſtituit, ea omnia, quae de ſaluo conductu impetrando fuſius expoſui, ceſſant.

c) Ita namque loquitur ICtus IAVOLENVS *in L. 3. ff. de conſtitutionib. princip. Beneficium imperatoris, quod a diuina ſcilicet eius indulgentia proficiſcitur, quam pleniſſime interpretari debemus.*

d) Priuaretur autem, ſi aliam computationem temporis admitteremus. Ponamus enim ſaluum conductum nouum ad tres menſes conceſſum, eumque, poſtquam tres menſes, a tempore prioris finiti, iam ſunt praeterlapſi, demum petitum et impetratum eſſe. Quo caſu, ſi nouum beneficium ab eo tempore, quo prior ſaluus conductus eſt finitus, computemus, debitori, quod altera manu porrigitur, manu altera eripitur, idque iudicio omnium plane incongruum non poteſt nonexiſtimari.

# CAP. VIII.

## DE COMPLEMENTO ACTORVM.

### §. I.

*Perſona publica numerum conſentientium et diſſentientium creditorum conquirit.*

His hactenus peractis, priusquam ſententia ferri poſſit, vt Acta penitus compleantur, adeoque id omne, quod vel indoles cauſae, vel Legis diſpoſitio adhuc requirit, accedat neceſſe eſt. Primum itaque publica perſona inquirit, quantum quilibet creditorum deſignauerit ac demonſtrauerit, item quot et quinam eorum nominatim pactum remiſſorium iniuerint: quinam vero illud recuſauerint, atque haec omnia, item quo loco in Actis, vna cum legitimationibus partium tam ad cauſam quam ad proceſſum, reperiantur, indicat, eademque collecta conſignat, vt inde pateſcat, an maior pars creditorum tranſegerit, ita vt minor pars condemnari et ad aſſentiendum compelli queat.

### §. II.

*Earum rerum tabula ſeu catalogus ad Acta componitur.*

Vt autem ea vno intuitu a quouis perluſtrari queant, huiusmodi tabella, quam vocant, ſeu catalogus inde componitur et Actis annectitur:

TABEL-

# T A B E L L A.

## Ueber den, in dieſen Acten getroffenen Accord.

| Specificatio derer Creditorum. | Wieviel ein ieder zu fordern hat. | | | Wo ſie liquidiret | und beſcheiniget. | Welche den Accord a 20. pro Cent angenommen. | | | Wo ſie ſolchen angenommen. | Welche den Accord nicht angenommen. | | | Wo ſie ſich deſſen erkläret. | Wo die legitimationes befindlich. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Bilanz fol. 125. | Thlr. | Gr. | Pf. | Fol. | Fol. | Thlr. | Gr. | Pf. | Fol. | Thlr. | Gr. | Pf. | Fol. | Fol. | |
| 1) George D*** . | --- | -- | -- | ---- | --- | --- | -- | -- | --- | -- | -- | -- | --- | ---- | r. |
| 2) Rud. Bened. I--- . | 24162. | 9. | — | 306. | 308. | 24162. | 9. | — | 306. b | -- | -- | -- | --- | 304. | |
| 3) Johann F*** . | 10141. | 10. | — | 309. | 313. | 10141. | 10. | — | 309. b | -- | -- | -- | --- | 310. | |
| 4) Erdm. Soph. B*** . | 2835. | — | — | 314. | 317. | 2835. | — | — | 25. b II. | -- | -- | -- | --- | 335. | |
| 5) Dav. Heinr. B*** . | --- | -- | -- | ---- | --- | --- | -- | -- | --- | -- | -- | -- | --- | ---- | r. |
| 6) Fr. Curator bonor. | 596. | 21. | — | 16. II. | 16. b | 596. | 21. | — | 16. | -- | -- | -- | --- | 105. II. | |
| 7) Marcus v. S*** . | 1767. | 2. | — | 17. | 17. b | 1767. | 2. | — | 23. b | -- | -- | -- | --- | 23. | |
| 8) Gebrüdere H*** . | 207. | 20. | 8. | 18. b | 22. | 207. | 20. | 8. | 18. b | -- | -- | -- | --- | 20. | |
| 9) Joh. Chr. H*** . | 53. | 1. | 8. | 24. | 25. | 53. | 1. | 8. | 24. | -- | -- | -- | --- | ---- | |
| 10) Joh. Gottl. S*** . | --- | -- | -- | ---- | --- | --- | -- | -- | --- | -- | -- | -- | --- | ---- | r. |
| 11) Joh. Ludol. S*** . | 67. | 9. | 3. | 29. | 29. b | 67. | 9. | 3. | --- | -- | -- | -- | --- | ---- | |
| 12) Joh. Gottfr. F*** . | 826. | 14. | 6. | 30. b | 31. | --- | -- | -- | --- | 826. | 14. | 6. | 30. b | 31. b | |
| 13) Abr. & Herrm. E. ꝛc. ꝛc. | 329. | 15. | — | 42. | 45. | 329. | 15. | — | 45. b | -- | -- | -- | --- | 40. | |
| Summa | -- | - | - | | | -- | - | - | | -- | - | - | | | |
| Prioritætiſche. | | | | | | | | | | | | | | | |
| 1) Hr. Geh. Kr. R. K. | 180. | — | — | 336. | 337. | -- | -- | -- | --- | -- | -- | -- | --- | 353. | |
| 2) Fr. v. P*** . ꝛc. ꝛc. | 46. | 16. | — | 127. | 128. | -- | -- | -- | --- | -- | -- | -- | --- | 125. | |

Ii qui totum creditum debitori remiſerunt, hoc loco quidem nominantur, praeterea vero neque conſentientibus aut diſſentientibus annumerantur, neque etiam quantum iis debetur, indicatur, quoniam ipſimet a tota cauſa ſeſe excluſerunt. Id ſaltem ad marginem [a]) huius catalogi annotatur, quo loco in Actis illam ſuam liberalitatem declarauerunt.

## §. III.

*Diſcrimina nominum quae inter debitorem et creditores intercedunt, a debitore explicantur.*

Dum haec peraguntur, ex Actis plerumque dubia quaedam, et imprimis diſcrimina nominum inter conſignationem debitoris, et eam, quae a creditoribus producta eſt, deteguntur. Quae vt explicentur et in ordinem redigantur, neceſſitas quaedam et ipſa iuſtitia poſtulat, vt iudex maiorem partem creditorum vel conſentientium vel diſſentientium, ſecundum quantitatem cuilibet debitam, eo rectius diiudicare, eoque felicius tandem in cauſa progredi poſſit. Hinc debitor citatur, vt ea, quae inter ſe non conueniunt, explicet, et quae obſcura ſunt, in lucem proferat, daß er die Liquida mit der Bilanz in Richtigkeit ſetzen ſolle, qui, vbi comparuit, interrogatus ad ea, quae in Actis obuenerunt, reſpondere tenetur. Neque enim antea ad iuriſiurandi praeſtationem admittitur.

## §. IV.

*De his regiſtratura conficitur, ad Acta.*

Et qua ratione haec omnia euenerint, a perſona publica, interueniente regiſtratura, tali modo ad Acta annotatur:

Leipzig,

2 a) Vbi in ſchemate praemiſſo poſita eſt littera *r* ibi annotari ſolet: Remittiret fol.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/126 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Leipzig
den 31. Martii 1757.

Erſchien coram Actis

der Debitor communis G. B., und brachte an, was maaßen die, ſeines Credit-Weſens halber ergangenen Acten, mit mehrern auswieſen, daß er ſeine Gläubiger behörig citiren laßen, dieſe auch zum Theil ihre Forderungen liquidiret hätten; Dahero er nunmehro ſeine Erklärung auf die ad Acta gebrachten Liquida zu regiſtriren bitte.

Es wurden ſolche nach Anleitung vorherſtehender Tabelle mit ihm durchgegangen, und auf die vorkommenden Differenzen ſeine Antwort erfordert.

Ad No. 4.

Fr. E. S. B. hat 335. Thlr. mehr liquidiret, als ihr in der Bilanz angeſetzt worden; Worauf Debitor antwortet, daß er derſelben ein mehreres, als in der Bilanz angeſetzet, nemlich 2500. Thlr. nicht ſchuldig geweſen. Das übrige, was Liquidantin angeſetzet, ſey zur Zeit ſeines Angebens noch nicht gefällig geweſen. Er hoffe auch, daß ſie ſolches gar fallen laßen werde, weil ihr am beſten bekannt, wie ſchwer es ihm würde, die gebotenen 20. pro Cent aufzubringen.

Ad No. 5.

D. H. B. hat nach ſeiner gethanen Erklärung, gar nichts zu fordern; Dieſes rühre daher, weil derſelbe dasienige, was er ihme B. ſchuldig geweſen, compenſando gekürzet, welches er ſtatt finden laßen müße.

Ad No. 8.

Gebrüdere H. haben 2. Thlr. 16. Gr. 8. Pf. weniger, als ihnen angeſetzet, liquidiret; Hierbey erinnert Debitor, daß er denenſelben für ein Looß in der Bremer-Lotterie 2. Thlr. 16. Gr. 8. Pf. ſchuldig worden, welches Liquidanten zu fordern, vergeßen haben müſten, die er ihnen aber bona fide zugeſtehe.

Ad No. 13.

Gebrüdere E. haben mehr liquidiret, 13. Thlr. 7. Gr. 7. Pf. Debitor erinnert, daß die fol. 44. h. Vol. angegebenen 576. fl. 6. Str. mit der Bilanz ihre Richtigkeit hätten, alſo die Differenz in Berechnung des Agio ſtäcke. Dieſes habe er am 12. May 1755. auf 137¼ zu ſtehen befunden, und hiernach gerechnet. Liquidanten hingegen müßten damit nicht zufrieden geweſen ſeyn, ſondern den Cours höher genommen haben, welches er denn, in Anſehung es eine Kleinigkeit betrage, nicht weiter vrgiren, ſondern ihnen das Liquidum hiermit einräumen wolle.

Ad No. 14.

S. Wittbe und K. ſtehen gar nicht in der Bilanz, habe doch gleichwohl 82. Thlr. 22. gr. liquidiret; Debitor antwortet, er habe die Bilanz verfertiget, nachdem ihm ſchon ſeine Bücher von denen Gerichten abgefordert geweſen, dahero dieſe Poſt überſehen worden. Inzwiſchen habe ſelbige ihre Richtigkeit, und räume er ihnen die liquidirte Summe hiermit ein.

Ad No. 16.

F. Ch. hat 36. Thlr. 17. gr. 6. Pf. weniger liquidiret, als ihm in der Bilanz angeſetzet; Woher dieſes komme, ſey

ihm unbewuſt. Nach ſeinen Büchern ſey der Anſatz in der Bilanz richtig. Inzwiſchen da Liquidant ein mehrers nicht verlange, wolle er ſolches mit Dank acceptiren.

## Ad No. 18.

V. B. hat hingegen 241. Thlr. 1. gr. 9. Pf. mehr liquidiret. Debitor zeiget an, daß Liquidant in ſeiner zur Beſcheinigung producirten Conto fol. 75. am Ende derſelben 282. fl. Intereſſen und wiederum 15. fl. 17. Str. mehr angeſetzet, als in der ihm vorher zugeſchickten Rechnung befindlich ſey. Da aber die Intereſſen und Porto in ſeiner producirten Rechnung, bis zu ſeinem des Debitoris Angeben ſchon gerechnet und paſſiret worden; ſo könnte er ihm währenden Verfahrens und nach geſchloßener Bilanz, nichts weiter einräumen. ꝛc. ꝛc.

Die übrigen Creditores, welche ihre Liquida ad Acta gebracht, als No. 2. 3. 6. 7. 9. 11. 12. 15. 19. 20. 21. hätten der Bilanz gemäß liquidiret, und räume er deren Forderungen nochmals ein.

Hingegen wären zwar folgende: als No. 25. v. de V. fol. 3. h. Vol. iuncto fol. 100. fol. 103. iunct. fol. 111. und fol. 117. iunct. fol. 125.

No. 26. J. A. S. fol. 181. Vol. I. fol. 7.[b] und fol. 59. Vol. II.

No. 27. J. P. F. ꝛc. fol. 181. Vol. I. fol. 8. und fol. 59.[b] Vol. II. etc. etc.

richtig ſub comminatione conſueta citiret worden, dennoch aber außengeblieben; Dahero er dieſelben hiermit allerſeits contumacire, und ſie pro conſentientibus zu erklären, ſowohl übrigens aufs pactum plurium zu erkennen bitte.

Uebrigens acceptire er mit Dank, daß No. 1. G. D. No. 10. J. G. S. No. 24. C. W. No. 36. J. F. H. und No. 40. S. D. R. ihre Forderungen ihm erlaßen wollen.

Und da ſolcher geſtalt ſeiner Seits nichts mehr übrig, als die Eydliche Beſtärkung ſeiner verbeßerten Bilanz; er auch dazu erbötig ſey, und ſeinen Beicht-Vater, Herrn D. W. hiermit nahmhafft mache; So bitte er, ihn darzu förderlichſt zu admittiren, und ſodann durch Ertheilung eines Beſcheids der Sache ihre Endſchafft zu geben.

Nachrichtlich vtſ.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

§. V.

*Poſtea debitor, vt ad iuſiurandum praeſtandum admittatur, a iudice petit.*

Iam ex parte debitoris nihil ſupereſt, quam vt iuſiurandum in *Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſis* [a]) praeſcriptum praeſtet. Hinc eum decet, iudicem rogare, vt terminum iuratorium ſine mora praefigat, eumque ad praeſtandum illud iuſiurandum admittat. Idque facit vel praeſens in iudicio, verbis ore prolatis, eodem tempore, quo dubia in Actis oborta explicat, quod ita factum eſſe regiſtratura modo allata oſtendit: vel ſi hactenus illud omiſerit, litteras ſupplices eo nomine compoſitas, quibus et confeſſionarii nomen profitetur, iudici offert, iisque vt voti compos fiat, petit. [b])

§. VI.

a) *Ord. Iudic. Mercat. Lipſienſ. Tit. XXV.* vid. ſupr. *Cap. II. p. 21.*

b) Quodſi debitor haec omiſerit, et ſententiam antea ferri paſſus fuerit, pronunciatur: wenn der Schuldner, den in der Handels-Gerichts-Ordnung Tit. XXV. ſub No. 4. vorgeſchriebenen Eyd annoch leiſtet, vbi iam poſt promulgatam ſententiam iuſiurandum illud praeſtandum eſt.

## §. VI.

*Ad termi- num iura- torium praefixum debitor ci- tatur, et confeſſio- narius in- uitatur.*

Hoc facto, niſi quid obſtet, terminus iuratorius a iudice conſtituitur, debitor citatur, [a]) eiusque confeſſionarius ea de re certior redditus inuitatur, vt in termino conſtituto adeſſe, et iuraturum debitorem de vitando periurio admonere velit. [b]) Commode hic incidit quaeſtio: an precibus debitoris locus relinquendus ſit, qui ob imputatam prodigalitatem aut aliud crimen, inquiſitionis reus factus eſt? quod Scabini Lipſienſes haud ita pridem negarunt. [c]) Ego vero contrariam ſententiam veriorem eſſe arbitror; nam primum alia quaeſtio eſt, quae de pacto plurium remiſſorio, et longe alia, quae de qualitate aut factis illicitis debitoris mouetur et ventilatur, inter quas nulla fere connexio deprehenditur, et quarum altera alteri praeiudicium nullum facit, adeoque illius, de pacto creditorum, quaſi cauſae principalis deciſio, a deciſione huius, de delicto debitoris ortae quaeſtionis, tanquam cauſae praeiudicia-



a) In iudicio mercatorum Lipſienſi debitor hoc caſu vel oretenus, 6
vel in ſcriptis, et ſolus tantum citatur; creditorum enim intereſſe vix poteſt, vt ſimul adſint, et iurari videant, quia iudicis tanta omnino eſt auctoritas fidesque, vt nihil intermiſſurus praeſumatur, quod huius negotii indoles requirit.

b) Quid clericus peragat, et quomodo inſtruendus ſit, vt officio ſuo rite fungi poſſit, §. *ſequ.* exponam.

c) Accidit nimirum breui abhinc tempore, in cauſa G. F. B. cum debitor, qui ad praeſtandum iusiurandum conſuetum admitteretur, petiiſſet, vt pronunciaretur: Dieweil verſchiedene Creditores in dem fol. 12. Vol. II. eingereichten Schreiben, auf die bey denen Stadt-Gerichten wider den gemeinen Schuldner, anhängige Unterſuchung ſich bezogen, und ehe und bevor ſolche geendiget, kein Creditor zu dem von andern Gläubigern zugeſtandenen Remiſs gezwungen werden mag, ſo hat ernannten B. fol. 140.[b] angebrachtes Suchen nicht ſtatt.

iudicialis pendere nequit. [d]) Deinde quamuis inficias ire nolim, quod ius agendi ex pacto remiſſorio beneficiis iuris accenſeatur, quibus debitor delinquens, ſicut in genere, ita et hoc caſu merito indignus iudicandus; habeo tamen, quod pro certo ponam, ius illud ex pacto remiſſorio agendi, non tantum in debitoris, ſed praeprimis etiam in creditorum fauorem introductum eſſe, die Creditores von einem beſchwerlichen Concurſu zu befreyen, [e]) quod iam in eorum odium, ob debitoris turpitudinem, tanto minus detorqueri poteſt, quo minus delicta egrediuntur ſuum auctorem aliisque nocent. [f]) Accedit quod creditores, qui pacti ſunt, quiue maiorem partem iam faciunt, ius quaeſitum habeant, tum reliquos diſſentientes, vt eadem parte contenti ſint, tum debitorem, vt, quod eum adhuc decet, praeſtet, cogendi; Nam *Ordinatio Mercatorum Lipſienſis* [g]) caſum noſtrum claris verbis ita ponit: wenn etliche Gläubiger zuſammen

d) Conferatur de hoc argumento LAVTERBACH. *Colleg. Pandectar. Lib. XLIV. Tit. I. §. 5.* qui egregie docet, inter cauſam praeiudicialem et principalem, nexum omnino eſſe neceſſarium, vnde ſatis colligi poteſt, quaeſtionem de pacto remiſſorio decidi poſſe, licet illa de delicto nondum ſit deciſa.

e) Sic loquitur *Mandatum* wider die *Banquerout*iers *ſſ. 4.* Et ſi verum fateri velimus, proceſſus ſolennis concurſus creditoribus magis, quam debitori vnquam, eſt moleſtus, quippe quorum illi eo diutius pecuniarum ſuarum vſu carere coguntur, huius autem nihil intereſt, quia omnium bonorum ceſſione facta, nec lapſu temporis nec ambagibus ſumtuoſis quicquam perdit.

f) Vid. *L. 22. C. de poen.*

g) *Ord. Iud. Mercator. Lipſienſ. Tit. XXV.* cuius contextus manifeſtum reddit, quod tota Lex de iure et fauore creditorum praecipue diſponat, cum et caſum tradat, quo plures creditores remittentes, minorem eorum partem, ad aequalem partis debiti remiſſionem, obligare volunt, et eodem reſpectu, diſſentientes quoque creditores obſtringat.

zuſammen treten, mit dem Schuldner ſich vergleichen, demſelben an ihren angegebenen Forderungen einen Nachlas thun, und hierdurch die übrigen Mitgläubiger zu gleichmäßigen *Remiſs obligi*ren wollen, eumque, poſtquam debitor ea quae praeſcripta ſunt praeſtitit, ita definit, vt, ſi maior pars creditorum, ſecundum quantitatem quae iis debetur, computata transegerit, pars minor diſſentientium illa pactione ad aſſentiendum obſtringatur. Ex quibus ſponte ſua fluit, creditores paciſcentes, tunc potiſſimum, vbi a debitore pariter atque creditoribus Legi eſt ſatisfactum, vt nihil, niſi iusiurandum a debitore praeſtandum, superſit, huius praeſtationem iure poſcere poſſe. Neque poteſt iis hoc ius quaeſitum inuitis auferri, etiam ideo, quia nulla Lex iubet, vt proceſſus pacti remiſſorii, non inchoatus modo, ſed fere ad finem perductus, ob facta illicita debitoris interrumpatur, aut plane irritus fiat, eandemque ob cauſam debitor ad iurandum paratus, a praeſtando hoc iureiurando arceatur. Tandem nihil impedit, quo minus in delicta debitoris inquiratur, atque hic puniatur, tametſi iureiurando ſuo, cauſam pactionis remiſſoriae finiri, effecerit.

## §. VII.

*Iusiurandum praeſtatur praeſente ſacerdote eoque plerumque confeſſionario.*

In termino iuratorio, poſtquam ſui copiam fecit ſacerdos, atque citationi paruit debitor, iudex ante omnia breuiter ſtatum cauſae ex Actis refert, et ea praecipue proponit, quae conſcientiam debitoris grauare, aut committendi periurii indicia facere poſſunt, vt ſacerdos vberius inſtruatur, et habeat, de quibus potiſſimum conſcientiam debitoris excitet moueatque. Poſt haec ſacerdos alloquitur debitorem, et primum ſi opus eſſe videtur, naturam

turam etgrauitatem iuriſiurandi explicat; deinde ea cauſae momenta perluſtrat et vrget, quae onerare debitorem videntur, eique, vt haec omnia rite perpendat, et ſaluam atque tranquillam conſcientiam tueatur, ſuadet, et ſeria qua fieri poteſt oratione, ex verbi diuini oraculis et ponderibus, totam rem ipſi ad animum reuocat, tandemque vt a periurii crimine abhorreat, eum hortatur. Quibus peractis, ab actuario formula iuriſiurandi [a]) praelegitur, quem praeeuntem debitor, vti mos eſt, voce ſequitur, et clauſula iuratoria, quae dixit, confirmat; haec vero quomodo facta ſint, ſic ad Acta conſcribuntur:

Leipzig
den 26. April 1751.

Gab ſich an

J. B. in Perſon. Und nachdem ſich auch der Ober-Diaconus Herr M. Klaubart, auf Erſuchen eingefunden, wurde gedachter B. ſowohl von E. löbl. Iudicio, als auch wohlgedachten Herrn M. Klaubarten de vitando periurio aus göttlichen Worte nachdrücklich admoniret. Es erklärte ſich aber derſelbe, daß er alles wohl überleget habe, und er nichts mehr bey ſeiner Bilanz zu erinnern wiße, ſondern den vorgeſchriebenen Eyd mit gutem Gewißen ſchwören könnte. Immaaßen auch mehrbenannter J. B. den fol. 215. abgefaßten Eyd more ſolito geſchworen hat. Actum in Conſ. Dnn. Deput. vtſ.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

§. VIII.

7 a) Vti ea in *Ord. Iud. Merc. Lipſ. Tit. XXV. n. 4.* praeſcripta eſt, veluti: daß ich in der von mir übergebenen fol. 8. ſeq. befindlichen Bilanz, nach denen von mir fol. 213. ſq. gethanen Erklärungen, mein geſammtes Vermögen richtig offenbaret, und davon nichts verſchwiegen habe, allerſeits Gläubiger auch dasienige, ſo ſie praetendiret, und ich ihnen eingeräumet wahrhafftig, und keiner ein wenigers zu fordern habe: So wahr ꝛc. ꝛc.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/134 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

## §. VIII.

*Ter tia perſona, quae agit, nec illud iusiurandum nec reliqua praeſtat.*

Quando tertia perſona agit, numerus creditorum quidem tam conſentientium quam diſſentientium in ordinem et catalogum quendam redigitur: at vero a reliquis, velutí ab explicatione diſcriminum, quae inter debitoris atque creditorum conſignationem orta ſunt, item a iurisiurandi praeſtatione, plane eſt immunis, ſiquidem nec debitorem repraeſentat, nec eius, ſed ſuo nomine, cum creditoribus paciſcitur et agit, adeoque de factis debitoris, quae tanquam aliena iure ignorat, reſpondere non debet. Si quid forſitan eſt, quod explicatione quadam aut illuſtratione indigere videtur, illud in diſceptatione inter partes inſtituta monetur et clarum redditur.

## §. IX.

*Epiſtola ad Collegium ICt.* die Urthels-Frage.

Actis ita plene inſtructis et completis, de ferenda ſententia cogitatur, atque ſi illorum transmiſſio ad Collegium ICtorum [a]) decreta ſit, componitur epiſtola eine Urthels-Frage, ad ICtos directa, qua iſti verbis tantum generalibus rogantur, vt in hac cauſa ſententiam Actis conformem dicant. Formula huius epiſtolae fere in quolibet iudicio ſingularis eſt vſitata, quam et in hoc proceſſu retineri fas eſt.

a) Iudicium Mercatorum Lipſienſe, niſi ab ipſo ſententia dicatur, in omnibus cauſis Acta ad Collegium Scabinorum Lipſienſium transmittere tenetur. *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. I. in fin.* 9

# CAPVT IX.

## DE SENTENTIA.

### §. I.

*Sententia fertur vel a iudice, vel a Collegio quodam ICtorum.*

Ferenda nunc eſt ſententia, quae et hoc loco nihil aliud eſt, quam *deciſio cauſae controuerſae per iudicem facta.* [a]) Eſt vero, vti alias, in arbitrio iudicis poſitum, vtrum ipſe eam dicere, [b]) an a Collegio ICtorum expetere velit. Vtrumque permittit *Ordinatio Iudicii Mercatorum Lipſienſ.* [c]) et quotidiana experientia confirmat; quinimo idem plane tam decreti quam ſententiae eſt effectus. [d]) Neque proteſtatio partium iudicem mouet, vt ad illarum deſiderium, vel ipſe decretum det, vel Acta ad Collegium ICtorum ab illis nominatum transmittat. [e])

§. II.

1 a) Cauſa hoc loco, quae de pacto creditorum remiſſorio ventilatur, eſt controuerſa; quare de eo, quod ad hanc pertinet, tantum pronunciandum eſt, ſi ſententia Actis conformis dici debeat.

b) GRIBNERI *Princip. Proceſſ. Iudiciar. Lib. I. Cap. V. Sect. II. §. 1.* ibique allegat: BERGERI *Elect. Diſceptat. Forenſ. p. 878. ſeqq.*

c) *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. I.* verbis: die Sachen aufs ſchleunigſte entweder vor ſich ſelbſt, oder do hierbey etwas bedenkliches, vermittelſt bey Unſerm Schöppen-Stuhl zu Leipzig, eingeho̊hlten rechtlichen Erkänntniß, entſcheiden ſollen.

d) HAYM. *de Stilo Curiae ſeu Proceſſu Lib. VII. Tit. VII. §. 3.*

e) Allegat. *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. I.* In aliis iudiciis procul dubio ſequenda eſt *Ord. Recogn. Tit. XXXIV. §. 1. et 2.* ſicuti etiam in Luſatia proteſtationum, quae partibus contra quaedam ICtorum Collegia ibi adhuc permittuntur, rationem habendam eſſe cenſeo, quia haec res ad cauſam pacti remiſſorii in ſpecie haud pertinere videtur.

§. II.

Omnes autem quae in cauſa pacti remiſſorii feruntur ſententiae, vel interlocutoriae ſunt, vel definitiuae, vel mixtae. Per interlocutoriam nonnihil intuitu proceſſus deſideratur, ita, vt poſt emendatum defectum, definitiua expectanda ſit; quae quidem regulariter in hoc genere proceſſus non obtinet, cum in eo neque probatio aut demonſtratio ſolennis imponatur, neque terminus productionis aut reproductionis conſtituatur, ſed omnia, quae partes peragere debent, vna citatione contineantur. Quia tamen quandoque ſupplementa quaedam deſiderantur, veluti ſi contigerit, vt nondum omnes creditores a debitore nominati, citati eſſent, [a]) aut a parte debitoris quid praeſtandum adhuc ſupereſſet, interlocutoriam ſententiam neceſſitas omnino poſtulat; cuius exemplum iam exhibuimus. [b])

*Eſt vel interlocutoria.*

§. III.

Definitiua ſententia, qua principalis de pacto plurium remiſſorio hactenus ventilata quaeſtio deciditur, duplici modo ferri poteſt. Vel enim creditores diſſentientes condemnantur, vel abſoluuntur. Condemnatoria ſententia ſic fertur, vt illi, qui a maiore creditorum paciſcentium parte adhuc diſſenſerunt, et tranſactionem recuſarunt, nunc ad aſſentiendum iure obſtricti declarentur. Eaque his verbis plerumque componitur: Dieweil der mehrere Theil der

*Vel definitiua, eaque vel condemnatoria.*

 Gläubi-

a) Qui caſus tamen haud facile exiſtet, cum prudens quisque iudex ex officio proſpiciat, ne quid in Actis deſit, quod ſententiae ferendae impedimento eſſe poſſit.

b) Vid. *Cap. VIII. §. 6. lit. c. pag. 117.* vbi per interlocutionem cauſae principalis definitio, propterea differebatur, quod debitor inquiſitionis reus factus erat, quae cauſa criminalis ante omnia finienda videbatur.

Gläubiger nach Größe der liquidirten Summen, den von dem Schuldner gebetenen Nachlaß verwilliget, ſo iſt der wenigere Theil derer widerſprechenden Gläubiger, welchen vor andern kein Vorzug gebühret, [a]) den vorgeſchlagenen Accord zu 20. von 100. des beſchehenen Einwendens ungeachtet, anzunehmen ſchuldig, und wird ſolchem gemäß billig verfahren.

## §. IV.

*Vel abſolutoria.*

Abſolutoria ſententia, qua diſſentientes creditores a neceſſitate aſſentiendi liberantur, primum rationem continet, cur iudex maiorem creditorum tranſigentium partem ſequi non poſſit, ac deinceps diſſentientes ab eo, vt inuiti eadem debiti parte oblata contenti ſint, pronunciat immunes. Sic in cauſa I. G. G. und Conſ. pronunciabatur:

Als Dieſelben Uns die in J. G. G. und Conſorten Credit-Weſen ergangenen Acta übergeben, und ſich des Rechten darüber zu belernen gebeten haben. Demnach ſprechen Wir Königl. Pohln. und Churfürſtl. Sächß. Schöppen zu Leipzig darauf vor Recht: Dieweil ſecund. fol. 94. J. G. G. verſtorben, alſo dasienige, was wegen des vor denenſelben abzulegenden Eydes in der Handels-Gerichts-Ordnung §. 25. ſub no. 4. verordnet, weiter nicht geſchehen kan; So mögen die, in Actis bekannte Gläubiger wieder ihren Willen, den, fol. 33. und

3 a) Quodſi creditores rite citati, qui tamen aut non comparuerunt, aut credita nec deſignarunt nec demonſtrarunt, condemnandi ſint, apponuntur verba: und zwar die außengebliebenen, ingleichen dieienigen Wechſel-Gläubiger, die ſich einmahl bey dieſem Credit-Weſen gemeldet, oder ſich ihr Wechſel-Recht nicht vorbehalten, auf ihre Forderungen, wie ſolche der Schuldner angegeben.

und 97. vorgeſchlagenen Accord anzunehmen nicht gezwungen werden.

§. V.

Mixta denique ſententia ex interlocutione atque principalis cauſae deciſione compoſita eſt. Hinc ante omnia quaedam in proceſſu ſuppleri deſiderat, veluti quae in mandatis procuratorum, aut in legitimatione creditorum, aut etiam in demonſtratione deficiunt, deinde ſi his ſatisfactum fuerit, creditores diſſentientes pro re nata condemnat vel abſoluit. Cuius exemplum in cauſa G. F. B. obuenit, vbi hoc decretum dabatur. *Vel mixta.*

Daß vor allen Dingen H. D. de V. Actor beßer, als fol. 90. Vol. II. geſchehen, mit Einrückung der Clauſul Erben und Erbnehmen, ſich zu legitimiren, ſowohl ebenderſelbe, gleichwie A. K. verwittbeten S. Actor, die ermangelnden Curatoria; ferner J. C. St. ſeel. Wittben Adminiſtrator ſeine Beſtallung anzuſchaffen; und V. B. Anwald die liquidirte Forderung beßer, als fol. 25. geſchehen, zu beſcheinigen, bey 5. Thlr. Strafe ſchuldig. Hiernächſt, und da G. D. D. H. B. J. G. S. C. W. J. F. H. und S. D. R. theils ihre Forderungen dem gemeinen Schuldner erlaßen, theils daß bey ihm ſie nichts zu fordern haben, ſich erkläret; ſowohl V. B. ſeiner Wechſel-Forderung halber, das ihm zuſtehende Wechſel-Recht ſich reſeruiret; So hat es dabey allenthalben ſein Bewenden.

Dieweil im übrigen die erſchienenen Gläubiger ihre Forderungen liquidiret und beſcheiniget, und der mehrere Theil derſelben, nach der Größe derer Summen gerechnet, den vom

Schuldner angebotenen Accord, **Zwanzig für Hundert**, in denen fol. 173. [b] Vol. I. beſtimmten Friſten zu geben, beſage ihrer ad Acta gebrachten Erklärungen, angenommen haben, der Debitor communis auch den ihm vorgeſchriebenen Eyd geleiſtet, und ſolchergeſtalt der Vorſchrift der Handels-Gerichts-Ordnung eine Gnüge geſchehen; ſowohl die bisher im Wege geſtandene B. Unterſuchungs-Sache allergnädigſt aufgehoben worden; So ſind die außengebliebenen Gläubiger V. de V. und Söhne, J. A. S. J. P. F. und Conſ. M. und L. H. B. W. und A. J. G. G. H. K. G. B. S. K. G. K. J. F. A. J. A. F. und C. G. O. dafür, daß ſie, Innhalts derer an ſie ergangenen Ladungen, den vorgeſchlagenen Accord auf ihre Forderungen, wie ſolche der Debitor angegeben hat, gleichfalls angenommen haben, zu achten; die übrigen diſſentirenden Gläubiger aber, und unter dieſen J. G. F. F. Ch. C. und Conſ. und J. C. St. Wittbe, außer denen Hypothecariis, und welchen ſonſt der Vorzug gebühret, angeregten Accord ebenfalls anzunehmen verbunden. Es wird auch mit Aufhebung der Sequeſtration und Verabfolgung der Maſſae, wenn allerſeits daran Theil habende darein willigen, hinwiederum billig verfahren.

## §. VI.

*Sententiae publicatio.*

Lata ſententia, quod Leges in genere praecipiunt, iam promulganda eſt. Quamobrem terminus publicationis praefigitur, partesque ac inter eas abſentes per requiſitoriales [a]) citantur, et in termino, poſtquam vnus alter-

ue

6 a) Niſi quis procuratorem conſtitutum eo loco habeat, quo cauſa ventilatur. Debitor etiam, aut tertia perſona, quae agit, cuius intereſt,

ue comparuit, ſententia more ſolito [b]) publicatur. Quod ſi nemo compareat, quod quidem vix continget, poſt horam duodecimam auditam, a iudice etiam in iudicio mercatorum Lipſienſi hodie in contumaciam merito quidem publicatio facienda eſſet, [c]) quamuis alias in hoc iudicio in hunc vſque diem iſthanc teneant obſeruantiam, vt terminum eo caſu pro circumducto habeant. [d])

eſt, ſententiam ad omnium creditorum notitiam peruenire, requiſitoriales petit.

b) Videlicet in hoc mercatorum iudicio, ex forenſi vſu, ibidem introducto, in omni cauſa partibus comparentibus, hora XI. audita ſententiae publicatio fieri aſſolet.

c) Secundum *Ord. Recogn. Tit. IV. ʃʃ. 6. et Tit. XXXIV. §. 5.*

d) Sequuntur adhuc *Ord. Proceſſ. Sax. Vet. Tit. XXXIV.* quae in publicatione ſententiae partium praeſentiam requirere videtur, conf. RIVINI *Enunciat. Tit. XXXIV. Enunciat. IX.* Nituntur etiam auctoritate *Ord. Recogn. in Append.* §. 2. vbi *Ordinatio Iudicii Mercatorum Lipſienſis* immutata relinquitur. Sed in hac *Iudic. Mercat. Ord.* ea de re nihil expreſſe habetur.

CAP. X.

# CAPVT X.

## DE LEVTERATIONE.

### §. I.

*Leuteratio in proceſſu pacti remiſſorii locum quoque habet.*

Si quis creditorum, aut etiam debitor, vel tertia perſona per ſententiam grauari ſe ſentiat, ei leuteratio tanquam *remedium iuris ſuſpenſiuum, quo ſententiae vt iniquae declaratio ſeu correctio ab eodem iudice petitur*, in hoc proceſſu non minus indulgetur. Cum enim in iudicio mercatorum Lipſienſi, ex quo legislator noſter, cauſae pacti remiſſorii pertractationem in vſum reuocauit, et generatim in aliis iudiciis ad exemplum trahi iuſſit, [a]) leuterationi locus relinquatur, [b]) idem beneficium et in hac cauſa conceditur, nec Lege quadam, vti quidem in ſolenni concurſu creditorum, [c]) expreſſe denegatur.

### §. II.

*Interponitur vt alias, poſt publi-*

Forma Leuterationis interponendae, ſiue tempus, ſiue modum ſpectes, in iudicio mercatorum Lipſienſi ab vſu aliorum iudiciorum plane non differt; interponitur enim poſt

1 a) *Mandat.* wider die *Banqueroutiers §. 16.*

b) *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. XX.* vbi dicitur: derienige, ſo durch die publicirte Urthel oder Abſchiede ſich grauirt zu ſeyn vermeynet, mag hierwieder der Leuterung und Appellation nach Gelegenheit ſich gebrauchen.

c) In concurſu creditorum quidem etiam a ſententia definitiua vel mixta, ſi de iuribus et priuilegiis creditorum agatur, leuterationis remedio vti non licet. *Ord. Recogn. Tit. XLI. §. 5.* quod ſecus eſt in pacti remiſſorii proceſſu.

poſt publicatam ſententiam intra decendium continuum,[a]) et in ſchedula leuterationis grauamina vna cum reliquis, quae rei natura et vſus forenſis requirit, exprimuntur.[b])

*catam ſententiam intra decendium.*

## §. III.

*Proſecutio Leuterationis in iudicio mercatorum Lipſienſi ſingularis.*

Aſt modus proſequendi leuterationem in iudicio mercatorum Lipſienſi plane ſingularis, et a moribus aliorum iudiciorum diuerſus eſt introductus. Videlicet leuterans vt in omni, ſic et in hac cauſa, proprio motu et nondum citatus, eam minimum die decimo quarto, a momento leuterationis interpoſitae computato, proſequi tenetur; ait enim Ordinatio Iudicii Mercatorum Lipſienſis [a]) expreſſis verbis: die Leuterung in 14. Tagen, von der Zeit an, da ſie eingewendet, proſequire. Idque experientia teſte adhuc hodie quam diligentiſſime obſeruatur, ita vt nihil ad rem faciat, etſi leuterans decretum iudicis, de recipienda vel reiicienda leuteratione, ignoret,[b]) indeque ea etiam poſt hanc proſecutionem factam adhuc reiici poſſit. Quodſi vero haec forma neglecta, tempusque ei deſtinatum praeterlapſum ſit, leuteratio deſerta declaratur.

## §. IV.

*Terminus proſecutionis praefi-*

Poſtea iudex, vel ad iteratas leuterantis preces,[a]) vel etiam ex officio, ſi ei leuterationem recipere viſum fuerit, termi-

a) De continuo hoc tempore perſpicue agit HAYM. *de Stilo Curiae ſeu Proceſſu Lib. VIII. tit. III. §. 2. et 3.* 2

b) Vid. *Ord. Recogn. Tit. XXXV. §. 5.* ſecundum quam Legem ea cum poena quinque thalerorum reiicienda eſt, niſi ſchedula leuterationis grauamina quaedam clare expreſſa contineat.

a) *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. XX. num. 2.* 3

b) Nec antea quicquam decerni, nec leuterans de eo, quod forte decretum eſt, certior reddi ſolet.

a) *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. XX. num. 2.* qua Lege ſtatuitur: proſequire, und Leuteraten dazu citiren laße. 4

*gitur, et partes citantur.* terminum proſecutionis conſtituit, ad quem partes more conſueto citantur, ita tamen, vt in iudicio mercatorum citatio haud integrum Saxonicum, ſed breue temporis ſpatium, veluti octo dierum, complectatur, et praeterea haec ad ſubſtratam materiam relata verba: wider das iüngſthin publicirte Urthel, von der erſtern Leuterung, wie letzterer aus der copeyl. Beyfuge des mehrern zu erſehen, eingewendet, ſolche auch angenommen, und bereits proſequiret, nunmehro aber zu deren Fortſetzung der Andere Nouembris, nächſtkünftig, pro Termino ernennet worden; Als werden die Partheyen hiermit citiret, gedachten Tages, früher Zeit, vor dem Handels-Gerichte aufm Rathhauſe allhier, gebührend zu erſcheinen; Leuterantin ihre Leuterung und deren Proſecution kürzlich zu wiederholen; Leuteraten darauf, unter der Verwarnung, daß bey ihrem Außenbleiben nichts deſto weniger in meritis werde erkannt werden, ſich einzulaßen ꝛc. ꝛc.

§. V.

*In termino proſecutio repetitur, et inter partes diſceptatur.* In termino proſecutionis, vbi partes comparuerunt, et praeſentiam ſuam indicarunt, leuterans non quidem denuo proſequitur leuterationem, quippe quam proſecutus iam eſt, ſed proſecutionem factam tantum repetit, et leuteratum, vt debito modo reſpondeat, mediante poſitione prouocat, his verbis: beziehet ſich auf die in 14. Tagen a die interpoſitionis beſchehene Proſecution der eingewendeten Leuterung, wiederholet ſolche ex Actis Vol. h. fol. 68.[b] ſeq. verbotenus anhero, und erwartet, wie ſich Leuteraten darauf der Citation zu Folge, unter der darinnen enthaltenen Verwarnung einlaßen werden, immaaßen er ſelbige dazu prouociret. Mit Vorbehalt. Tunc leuteratus reſpondet. Vterque amplius pro more diſceptat atque concludit.

§. VI.

§. VI.

Quae vero in hac Leuterationis materia reliqua ſunt, puta quae ad leuterationis deſertionem, contumaciae accuſationem eiusque poenam, nec non ad ferendam promulgandamque ſententiam, aliaque huius rei capita pertinent, in iis expediendis etiam in iudicio mercatorum Lipſienſi, regulae communes obſeruantur, quas vt vulgo cognitas multis verbis recenſere nolo.

*In reliquis leuterationis partibus praxis communis obtinet.*

§. VII.

Idem leuterationis remedium in aliis tam Lipſienſibus quam aliorum locorum Saxoniae iudiciis denegari non poteſt, quia generaliter competit, et in pacti remiſſorii cauſa, Lege nulla prohibetur. Quae vero in proſequenda leuteratione, in iudicio mercatorum Lipſienſi ſingularia ſunt, ea in reliquis iudiciis in proceſſu noſtro tanto minus obſeruari debent, quanto minus leuteratio ad cauſam pacti remiſſorii quicquam confert, aut vt ad formam proceſſus noſtri neceſſariam pertineat, Legibus expreſſis cautum eſt. Hinc in aliis iudiciis, quicquid circa leuterationem eiusque procedendi modum vel generaliter Lege praeſcriptum, vel conſuetudine, aut ſingulari vſu forenſi introductum eſt, etiam in hoc genere proceſſus ſaluum ac immutatum manſiſſe, nec per Ordinationem Iudicii Mercatorum Lipſienſis eſſe correctum, exiſtimandum eſt. Caeterum quae de adhaeſione recepta ſunt, ea nec in iudicio mercatorum Lipſienſi tam intra decendium, quam in ipſo iuſtificationis termino reprobantur, ſed vſu quotidiano potius confirmantur.

*In aliis iudiciis hac in re Ord. Recogn. aut proprios mores poſſunt obſeruare.*

# CAPVT XI.

## DE APPELLATIONE.

### §. I.

*Appellationis remedium quoque competit.*

Quodſi nec per leuterationem grauamen ſublatum ſit, ſupereſt atque competit alterum ſuſpenſiuum pariter ac deuolutiuum appellationis remedium, *quo grauatus ſententiam tanquam iniquam impugnat, eiusque correctionem a iudice proxime ſuperiore petit.* Nec enim in proceſſu pacti remiſſorii eo iuris beneficio vti prohibitum eſt, ſed potius tam generali iure, [a]) quam Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſis, [b]) in vnaquaque cauſa ſuperioris iudicis auxilium quaerere et implorare permittitur.

### §. II.

*Prouocatur a iudice inferiore ad proxime ſuperiorem.*

Sed non eſt, quod totam appellationis formam, eiusque fatalia ex Legibus et ICtorum libris repetam, lateque hoc loco iterum exponam; ſufficiet, ea tantum paucis tetigiſſe, quae etiam hac in re in iudicio mercatorum Lipſienſi ſingularia deprehenduntur, et ſine quibus illa haud facile intelliguntur. Scilicet vti omnis appellatio in Saxonia quoque ad iudicem proxime ſuperiorem [a]) dirigitur, et coram

1 a) Conf. HAYM. *de Stilo Curiae ſeu Proceſſu Lib. VIII. Tit. X.* § 4. et *Appellations-Patent d. 12. Aug. anno 1670.*

b) *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. XX.* qua cuilibet vti leuterationis, ita quoque appellationis remedio vti permittitur, his claris verbis: mag der Appellation nach Gelegenheit ſich gebrauchen.

2 a) Hunc apud nos conſtituit in Schriffſaſſiis vel Curia Prouincialis vel

coram eo inferiore iudice, coram quo hactenus cauſa controuerſa ventilata eſt, interponitur; ita eadem in cauſa pacti remiſſorii, et in iudicio mercatorum fiunt.

## §. III.

*Appellationis interpoſitio.*

Porro appellationis interpoſitio perinde vt in aliis cauſis et iudiciis, et hic fieri ſolet. Interponitur enim intra decendium, quod itidem a momento publicationis factae ſine intermiſſione currit, [a]) et in ſchedula appellationis, ſi in ſcriptis interponatur, nomen iudicis et a quo et ad quem, item vnum alterumue grauamen exprimitur, addita de appellatione recipienda et de dandis apoſtolis imploratione. [b])

## §. IV.

*Praeceptum ad redimendos apoſtolos et pecuniam in caſum ſuccumbentiae deponendam.*

Interpoſitam appellationem iudicium mercatorum Lipſienſe quidem recipit, [a]) atque dandos apoſtolos, nec non ad hos, intra octiduum ab interpoſitionis tempore [b]) redimendos, praeceptum appellanti inſinuandum, ſimul tamen ob priuilegium Senatui Lipſienſi datum [c]) decernit, vt appellans *viginti* vel plures



vel Regimen, ad quod tamen etiam ab ipſis Curiis prouocatur: in Amtſaſſiis autem Praefectura, cui iudex, coram quo lis ventilatur, ſubeſt. GRIBNERI *Princip. Proceſſ. Iudiciar. Prolegom.* §. *8. in fin.* et *Lib. I. Cap. VI. Sect. II.* §. 2. item BERGERI *Oecon. Iur. Lib. IV. Tit. IV.* §. *3. not. 7. in fin.*

a) GRIBNERI *Princip. Proceſſ. Iudiciar. Lib. I. Cap. VI. Sect. II.* §. *3.* 3

b) vid. *Ord. Recogn. Tit. XXXV.* §. *5. et 6.*

a) Nec aliud ſtatuere poteſt, cum, ſiue de appellatione recipienda, ſiue reiicienda, ſiue etiam de eius deſertione, ſit quaeſtio, omnis inferiori iudici denegetur cognitio, ſed facultas arbitrandi ſoli ſuperiori relinquatur, *Ord. Recogn. Tit. XXXV.* §. *8.* 4

b) *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. XX. num. 3.*

c) *All. Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. XX.* cuius verba haec ſunt:

thaleros deponat; quapropter praeceptum iſtud haec regulariter continet verba: wird ihm, daß er den auf ſeine, wider das am 30. Ianuar. iüngſthin publicirte Urthel, eingewandte Appellation, decretirten Bericht, mit nach verzeichneten Gebühren, binnen der in der Handels-Gerichts-Ordnung geſetzten Friſt, ſub poena deſertionis ablöſen, auch zugleich wegen des E. E. Hochw. Rathe dieſer Stadt zuſtehenden Priuilegii, **Zwanzig** Thlr. in Caſum Succumbentiae würklich und baar deponiren ſolle, hierdurch auferleget.

## §. V.

*De redemtis apoſtolis et pecunia ſuccumbentiae depoſita regiſtratura.*

Vt itaque appellans huic ſatisfaciat praecepto, neceſſe eſt, vt pecuniam, et redimendorum apoſtolorum cauſa, intra octiduum praeſcriptum [a]) ſoluat, et in caſum ſuccumbentiae numeratam, [b]) in iudicio deponat; quae vti effecta ſunt, mediante regiſtratura ad Acta ita notantur: und hat den Bericht behörig abgelöſet, auch die dictirten 20. Thlr. Succumbenz-Gelder baar erleget. Quodſi tandem ad interpoſitam appellationem ſententia primae inſtantiae confirmetur,

und zugleich vermöge des dem Rathe zu Leipzig ertheilten Priuilegii in caſum ſuccumbentiae bey dem Handels-Gerichte nach Gelegenheit der Sache und der Deputirten Ermäßigung 20. 30. 40. bis 50. Thlr. ꝛc. würklich und baar deponire.

5 a) Quod et non expectata iudicis iuſſione intra tempus illud facere tenetur; ait enim *Ord. Iudic. Mercat. Lipſienſ. Tit. XX. num. 3.* der Appellant binnen 8. Tagen nach eingewendeter Appellation, ſub poena deſertionis, die Apoſtolos, auch ohne vorhergehende Auflage ablöſe.

b) Ea ſcilicet quantitas deponenda eſt, quam iudex definiuit, quippe cuius arbitrio determinandi facultatem concedit *Ord. Iud. Mercat. Lipſienſ. Tit. XX. num. 3.* his verbis: nach Gelegenheit der Sache und der Deputirten Ermäßigung 20. 30. 40. bis 50. Thlr. Plerumque tamen hodie quantitas minor viginti thalerorum ſufficere ſolet.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/148 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

metur, aut appellatio reiiciatur, aut eidem appellans ipſe renunciet, fiſco ſenatus pecunia depoſita cedit. [c])

§. VI.

*Appellato de appella-tione inter-poſita et vtrique de apoſtolo-rum trans miſſione ſi notificatio.*

His peractis appellato, de appellatione interpoſita, fit notificatio: Was maaßen von dem, am 30. Ianuar. iüngſthin publicirten Urthel Kläger ad Curiam prouociret, wie die Beyfuge beſaget, demſelben aber auch zu Ablöſung des Berichts und Erlegung 20. Thlr. in caſum ſuccumbentiae bereits Auflage geſchehen iſt, hierdurch wißend gemacht, vt is et in appellationis inſtantia iura ſua obſeruare poſſit. De ipſa vero apoſtolorum transmiſſione vtraque pars redditur certior: Demnach der in Sachen ꝛc. auf der erſtern, von dem am 30. Ianuar. a. c. eröfneten Urthel, beſchehene Prouocation, decretirte Bericht, cum Actis den 24. huius zum Hochlöbl. Ober-Hof-Gerichte übergeben werden ſoll; Als wird ſolches denen Partheyen, zu ihrer Nachachtung, hierdurch wißend gemachet, vt omnes ac ſinguli coram iudice ſuperiore, quae cuiusuis officium poſtulat, facere queant.

§. VII.

*Sequuntur in Actis Relatio, litterae inhibitoriales et remiſſoriales.*

Apoſtoli deſcripti quidem ad ſuperiorem transmittuntur: aſt iidem vti primum in chartam coniecti ſunt, retinentur, et Actis poſtea remiſſis inſeruntur. Quibus transmiſſis et appellatione recepta, inhibitio a ſuperiore ex officio remittitur, qua iudex inferior, ne in cauſa vlterius procedat, ſub comminatione attentati reuocandi prohibetur. [a]) Quae autem

c) All. *Ord. Iud. Mercat. Lipſ. Tit. XX.* Sed haec poena in caſum ſuccumbentiae luenda ceſſat, adeoque pecunia depoſita redditur tunc, ſi partes ante quam apoſtoli dati fuerint, vor erſtatteten Bericht, tranſegerint. Ita enim iam ſuperiori ſeculo Menſ. Septembris 1686. Scabini Lipſienſes pronunciarunt.

a) Vti hoc in genere cautum eſt in *Ord. Recogn. Tit. XXXV. §. 9.* 7 qua Lege appellans inhibitionem etiam redimere iubetur.

autem in ſuperiori iudicio fiant, et quomodo totum appellationis negotium perficiatur, pluribus hoc loco recenſere non refert, ſiquidem cuncta haec nemini poſſunt eſſe incognita, nec ad indolem pacti remiſſorii in ſpecie pertinent. Tandem ſuperior iudex vlteriori cognitione finita, cauſam iudici inferiori plerumque reſtituit, eique, vt, quae ſuperſunt, expediat, finemque faciat, committit atque praecipit.

## §. VIII.

*In aliis iudiciis intuitu appellationis proprium ſtilum retinent.*

Hoc appellationis beneficium toties cuiuis, quoties grauatus eſt, iure conceſſum, in aliis iudiciis in hoc noſtro proceſſu merito quoque locum habet. Tantum vero abeſt, vt vlli aliorum iudicum incumbat, ſingulares, in iudicio mercatorum Lipſienſi, circa negotium appellationis introductos ſequi mores, vt potius cuilibet proprium ſtilum retinere integrum ſit relictum. Neque aliud *Edictum Regium* wider die *Banquerout*iers, velle videtur, quippe quod ex *Ordinatione Iudicii Mercatorum Lipſienſis* non tam integrum, eumque plane ſingularem procedendi modum, quam ſolam, quae ad cauſam pacti remiſſorii pertinet, formam, in reliqua Saxoniae iudicia tranſtulit, reliqua vero, quae illi cauſae haud refragantur, et alias proceſſus in genere requirit, ſalua reliquit et intacta.

CAP. XII.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/150 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# CAPVT XII.

## DE EXEQVENDA SENTENTIA.

### §. I.

Poſtquam a ſuperiori iudice ſententia cum Actis remiſſa, aut etiam, ſine leuterationis et appellationis remedio adhibito, in rem iudicatam tranſiit, iudex inferior eam exequi, atque id, quod pronunciatum eſt, ad effectum perducere non detrectat. Ante tamen, quam illud recte fieri poſſit, neceſſe eſt, vt a partibus ea, quae demonſtrationi, legitimationi, aut alias deſunt, ſuppleantur et praeſtentur. Hinc noua mandata, praeſcripto modo compoſita, tutoria, curatoria, rationes ex libris mercatoriis denuo et maiori cura deſumtas, et pro re nata vidimatas, documenta in originali, aut etiam in vernaculam linguam translata, aliaque ſecundum ea, quae in ſententia expreſſa ſunt, producere tenentur, atque cum litteris conſuetis eo fine confectis, iudici offerre, vel ad Acta, interueniente regiſtratura, exhibere ſolent.

*Poſt rem iudicatam, ea, quae legitimationi creditorum, aut alias deſunt, ſupplentur.*

### §. II.

Cum itaque iis, quae ſententia vnum alterumue praeſtare iuſſit, ſatisfactum ſit, ſupereſt vt creditores omnes de finienda ſequeſtratione, et pecunia depoſita reddenda, mentem et conſenſum, per modum regiſtraturae tantum, declarent. Idque dupliciter fieri poteſt. Vel enim creditores chirographarii iisque ſimiles, partem debiti oblatam nu-

*Imprimis conſenſus in finiendam ſequeſtrationem, et pecuniam depoſitam reſtituendam, declaratur.*

meratam iam acceperunt; a) quo caſu creditor mentem ſequenti modo in iudicio exponit:

Leipzig
den 28. April 1758.

Erſchien vorm Handels-Gerichte

Herr Jacob Friedrich N. Handelsmann aus Hamburg und brachte an, was maaßen er auf ſeine, bey Johann Friedrich C. Credit-Weſen, liquidirte Forderung das ausfallende Accords-Quantum erhalten habe, daher er Krafft dieſes über den Empfang quittire, die Aufhebung der Sequeſtration und Verabfolgung der Maſſae bewillige, und ſich aller fernern Anſprüche begäbe.

Nachrichtlich vtſ.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

Vel pars debiti promiſſa nondum eſt ſoluta; et hoc caſu declaratio ita tantum fieri ſolet:

Leipzig
den 16. Iunii 1758.

Erſchien

Herr Friedrich Wilhelm N.

und erklärte ſich, wie er wegen ſeiner Forderung geſchehen laſſen könne, daß die Sequeſtration aufgehoben, und die Maſſe dem Schuldner verabfolget werden möchte.

Nachrichtlich vtſ.

Johann Gottlieb Wirth
Handels-Ger. Actuar.

§. III.

a) Hanc poſcunt creditores tunc, vbi debitori, aut etiam tertio, qui transactionem obtulit, fidem non habent, nec prius liti et cauſae renunciant, quam vnusquisque ratam ſuam ex depoſito, in loco iudicii acceperit.

## §. III.

Idem ac eodem plane modo faciunt et hypothecarii, et priuilegiati creditores, qui tamen ob ius in re, vel prioritatis, quo gaudent, de accepta ſolutione minus ſoliciti ſunt, atque adeo facilius in finiendam ſequeſtrationem et pecuniam depoſitam reddendam conſentiunt. Regiſtratura ideo facta idem, quod illa modo tradita, continet, niſi quod iuris prioritatis mentio ſimul iniiciatur, veluti: und erklärte ſich, wie er wegen ſeiner prioritaetiſchen Forderung geſchehen laßen könne, daß ꝛc. ꝛc.

*Idem hypothecarii et priuilegiati creditores faciunt.*

## §. IV.

Poſt haec debitor, vel etiam tertia, quae proceſſum noſtrum inſtituit, perſona, ſi cauſa debitoris mercatoris Lipſienſis acta fuerit, a iudicio mercatorum decenter petit, vt de negotio pacti remiſſorii ad finem perducto, iudicium ciuitatis reddatur certius; quod itidem per modum regiſtraturae vtplurimum fieri ſolet. Caſus haud ita pridem accidit, quo deſiderium debitoris ad Acta ſequenti ratione annotabatur:

*Debitor mercator Lipſienſis petit, vt iudicium praetorium de finita cauſa reddatur certius.*

Leipzig

den 22. Iunii 1758.

Erſchien im Handels-Gerichte

Johann Friedrich C. in Perſon

und brachte an, was maaßen das in ſeinem Credit-Weſen geſprochene Urthel, nicht nur vorlängſt ſeine Rechts-Krafft erlanget habe, ſondern auch nunmehro purificiret worden ſey, und ſämmtliche Gläubiger die Aufhebung der Sequeſtration bewilliget hätten; Dahero er geziehmend bitte, von Beendigung

ſeines Credit-Weſens an die Edl. Stadt-Gerichten Notification zu thun. Wobey derſelbe ſich anheiſchig gemacht hat, daß, daferne bey ein oder anderer Legitimation ad Proceſſum, ſich irgendswo noch ein Defect finden ſolte, er für alle daraus erwachſende Anſprüche ſtehen und hafften, die Gefahr auch davon über ſich nehmen, dagegen die Gerichte allenthalben ſchadlos halten wolte.

Nachrichtlich vtſ.

Johann Gottlieb Wirth,
Handels-Ger. Actuar.

## §. V.

*Notificatio ad iudicium praetorium.*

Re tandem ita comparata, vt nihil amplius exitum cauſae impediat, iudicium mercatorum Lipſienſe, ad implorantis preces, iudicio praetorio, ſine mora, cauſam pacti remiſſorii per ſententiam deciſam, atque diſſentientes creditores, vt eadem debiti parte, quam plures acceperunt, contenti ſint, obſtrictos eſſe, hanc ſententiam in rem iudicatam tranſiiſſe, nec non creditores eos, quibus adhuc praeſtare nonnihil iniunctum erat, officio ſuo ſatisfeciſſe, omnes autem in finiendam ſequeſtrationem, et pecuniam depoſitam debitori, aut tertio reddendam conſenſiſſe, notum facit, eique, vt reliqua expediat, relinquit, litteris huius contextus transmiſſis:

Nachdem das, in Johann Friedrich C. Bürgers und Cramers allhier, Credit Weſen, geſprochene abſchrifftlich hier beygefügte Urthel, worinnen aufs Pactum Plurium erkannt worden, nicht nur ſeine Rechts-Krafft erlanget hat, ſondern auch durchgehends purificiret iſt, nicht weniger die Gläubigere die Aufhebung der Sequeſtration, und Verabfolgung der Maſſae

an den Schuldner bewilliget haben, ſolchergeſtallt aber obgedachtes Credit-Weſen ſeine völlige Endſchafft erreichet hat; Als haben Denenſelben ſolches zu fernerer Verfügung, wir hierdurch vermelden wollen; zu collegialiſcher Freundſchafft willig verharrende. Signat. Leipzig den 23. Iunii 1758.

de quarum litterarum traditione rite facta, quod alias moris eſt, relatio nuncii ad Acta conſcribitur.

## §. VI.

Iudicium praetorium iam ſequeſtrationem finiri, et pecuniam depoſitam debitori, aut alii, cuius intereſt, reddi decernit. Eapropter res depoſitae connumerantur et conſignantur, et iis inde tantum deductis ac retentis, quae a recipiente, tributorum aut expenſarum nomine, adhuc debentur, reſtituuntur, ita tamen, vt eiusmodi apocha detur ad Acta: *Quae deinde in iudicio praetorio fiant.*

Daß die Edl. Stadt-Gerichten zu Leipzig, durch den wohlverordneten Stadt-Richter

Tit. Herrn D. Chriſtian Wilhelm Küſtnern, des Königl. Pohln. und Churfürſtl. Sächß. Hochlöbl. Conſiſtorii allhier Beyſitzern,

mir Endes unterſchriebenen, nachdem mein Credit-Weſen laut der, aus dem wohllöbl. Handels-Gerichte eingegangenen fol. 77. derer disfalſigen Acten befindl. Notification, nunmehro zu Ende gediehen, die in depoſito iudiciali vorhandenen Gelder, an Sieben und Siebenzig Thlr. 19. gr. von daher baar und richtig zurück zahlen laßen, ſolches wird hiermit zu gehorſamſten Danke quittirend bekennet. Sign. Leipzig den 3. Octobr. 1757.

J. C. A.

Quinimo de pecunia vere accepta, ſeparata quaedam adhuc regiſtratura conficitur. Tandem et curator bonorum, et ſequeſter, hac formula conſueta, ab officio dimittuntur:

Demnach das Johann Chriſtian A. Credit-Weſen, laut der abſchrifftlich beygehenden Notification, aus dem wohllöbl. Handels-Gerichte, nunmehro ſeine Endſchafft erreichet; Als wird der darzu von uns vormahls verordnete Hr. Curator Bonorum und Sequeſter, ſeiner geleiſteten Pflicht, Krafft diß, entlaßen, und bedeutet, erwehnten A. die freye Verwaltung ſeines Vermögens nunmehro wiederum zu übergeben. Wornach ſich zu achten. Signat. Leipzig, den 29. Septembr. 1757.

Die Stadt-Gerichte daſelbſt.

## §. VII.

*Quae Lipſiae a diuerſo iudice fiunt, alias idem expedit iudex.*

Haec omnia, quae ad exequendam ſententiam pertinent, quaeue apud Lipſienſes, in cauſa mercatoris, a diuerſo iudice fieri commemoraui, in cauſa non mercatoris, et in aliis iudiciis, ab eodem iudice merito expediuntur. Hinc nec notificatione quadam alii iudici facienda, nec, vt ea fiat, imploratione opus eſt; ſed idem iudex, coram quo hactenus cauſa pacti remiſſorii ventilata eſt, omnia quaſi breui manu peragit, et ipſe tam res depoſitas more ſolito reddit, quam curatorem bonorum vna cum ſequeſtro dimittit. Atque hoc modo totius proceſſus obtinetur

F I N I S.

INDEX

# INDEX I. CAPITVM.

Cap. I. De Proceſſu plurium creditorum concurrentium in genere, Pag. 1.
— II. De Proceſſu pacti remiſſorii in ſpecie, 15.
— III. De iis, quae initio Proceſſus remiſſorii a parte tum iudicis, tum implorantis fiunt, 35.
— IV. De Citatione, 46.
— V. De Comparitione partium etiam per procuratores, 68.
— VI. De iis, quae in Termino tam a iudice quam a partibus fiunt, Pag. 84.
Cap. VII. De Saluo Conductu, durante proceſſu pacti remiſſorii a debitore obaerato impetrando, 102.
— VIII. De Complemento Actorum, 110.
— IX. De Sententia, 122.
— X. De Leuteratione, 128.
— XI. De Appellatione, 132.
— XII. De exequenda Sententia, 137.

# INDEX II. RERVM.

A.

*Accuſatio contumaciae*, an requiratur contra non comparentes, 99. [b] (12.)
*Acta*, v. *Complementum.*
*Actor* in Iudicio Mercatorum Lipſienſ. per procuratorem comparere poteſt, 70. et not. [b])
*Actus* in mandato neceſſario exprimendi, 79.
*Aduocatus*, qualis eſſe debeat ex Ord. Iudicii Mercatorum Lipſ. 75.
*Apoſtoli* redimendi, 133. 134. [a]) transmiſſionem quae ſequantur, 135. ſq.

*Appel-*

*Appellationis remedium* in P. P. R. etiam locum habet, 132. ad quem iudicem prouocetur, ib. ſqq. quomodo interponenda, in Iudicio Mercatorum Lipſ., 133. de apoſtolis et pecunia in caſum ſuccumbentiae deponenda, 133. ſq. de notificatione, 135. quid in aliis iudiciis obſeruetur, 136.

B.

*Bona*, debitoribus auferuntur et quibus, 1. ſq. creditoribus cedere qui poſſint, 2.

*Bonorum ceſſio*, v. *Ceſſio bonorum.*

*Brunnemannus* refutatus, 3. d)

C

*Ceſſio bonorum*, quid 2. ſq. eius differentia, a bonorum ablatione, datione in ſolutum et Proceſſu C. C. 3. et not. d) vel voluntaria vel neceſſaria, 4. quae poſterior differt ab ablatione bonorum, *ibid.* quomodo ſiat iure communi, 4. ſqq. et Saxonico, 5. ſq. formula ceſſionis, 6. ſqq. et conſignationis, 8. ſq. ea admiſſa quotuplex proceſſus oriatur, 9. differentiae vtriuſque, 10. quando vterque locum habeat. 11.

*Ceſſionarius*, an P. P. R. inſtituere queat, 27. ſq.

*Citatio* quid, 46. in iudicio Mercatorum Lipſ. tres dilatoriae obtinent, 46. etiam in P. P. R. 47. formula primae, ſi debitor agat, 47. ſq. imploratio pro impetranda ſecunda, 49. ſq. huius requiſita, 50. ſq. imploratio pro impetranda tertia. 52. huius indoles et formula, 53. ſqq. fundamentum poenae et comminationis poſterioribus inſeri ſolitae, 54. ſq. Reſcriptum Regium, 55. ſq. quid ſi tertia perſona agat, 56. ſq. citandi hic modus an et in aliis Saxoniae iudiciis locum habeat, 58. ſq. iurisdictioni Iudicis haut ſubiecti per requiſitoriales citantur, 59. mediatae huius citationis contextus et formula, 60. de ſecunda et tertia, 61. omnes creditores citandi, et quo fine, 62. debitor quoque citandus et quomodo, 63. citationes quomodo inſinuandae, 64.

*Comparitio* partium in termino, 68. ſqq. eatenus quae O. P. S. R. praeſcribit, etiam in P. P. R. obſeruanda, 82. ſq. de ea ad Acta referendum, 85.

*Complementum Actorum*, 110. ſqq.

*Compoſitio amicabilis*, v. *Concordia.*

*Concordia* inter partes tentanda et quomodo, 86. ſqq.

*Concurſus*, quotuplici ſenſu in iure occurrat, 9. *)

*Confeſſionarius* in iureiurando debitoris adhibendus, 117. ſq. 119. ſq.

*Creditores* omnes citandi, 62. priuilegiati tamen et hypothecarii prima tantum vice 63. per procuratores comparere poſſunt, 69. ſq.

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id422884030/158 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

69. ſq. iis qui tranſactionem acceperunt, quid in termino peragendum, 90. ſq. quomodo credita probentur, 91. exemplum 92. nec tamen vna die abſoluenda demonſtratio, 93. tranſactionem quomodo recuſent, 94. ſqq. neque tamen ex lite dimittuntur, 95. de cambialibus, 95. b)

*Creditores* quid ſi debitum remittant nonnulli, 96. aut partem crediti tantum ſub conditione, 97. quid ſi omnes, ib. a) contra non comparentes quomodo procedendum, 98.

- - numerus conſentientium et diſſentientium a perſona publica conficiendus, 110. Specimen tabulae, 111.

*Curator hereditatis iacentis*, an P. P. R. inſtituere queat, 28. praeſcitu tamen et conſenſu iudicis, 29. et not. g)

D.

*Debitor*, qua ratione citetur, 63. ipſe in termino comparere tenetur et cur, 68. libros rationum producit, 84. ad iusiurandum admitti petit, 116. quomodo citandus, 117. quomodo illud praeſtet, 119.

*Debitoribus obaeratis*, bona aut auferuntur, aut ceſſionis beneficium competit, 1. ſq. v. *bona*. a debitore Proc. P. R. inſtituente quid requiratur, 24.

*Diſceptatio iudicialis*, quomodo peragenda, 101.

E.

*Edictales* inſtituto P. P. R. denegantur, 15. b)

*Emtor nominum*, poteſt reliquis creditoribus tranſactionem offerre, 28. a)

*Executio Sententiae*, 137. ſq. conf. *Res iudicata.*

F.

*Foeminae* quomodo in iudicio compareant, 82. qua ratione Ord. Iudicii Mercatorum Lipſ. etiam mercatricibus proſpectum ſit, ib. b)

G.

**Gedenkzettel**, 63.

H.

*Heres*, an P. P. R. inſtituere queat, 27. clauſula heredum cur in mandatis otioſa, 76. ſq. not. a)

I.

*Inſinuatio* citationum praeſentibus creditoribus fit per modum litterarum circularium, 64. ſq. quomodo abſentibus fiat, 66. de vtraque ad acta referendum, et quomodo, ibid. ſq.

*Interpoſitio appellationis*, 133.

*Iudex*, quis competens in inſtituendo P. P. R. 30. mercatorum Lipſ. 35. ſq. non mercatorum et extra Lipſiam, 37.

*Iudicium mercatorum* Lipſ. vnice de P. P. R. cognoſcit et iudicat, 36. acta ad vnum Scabinatum tranſmittit, 121. a)

- - *praetorium Lipſ.* quae coram eo initio P. P. R. peragantur, 35.

35. quae eo durante retineat, ib. ſqq. ad iudicium mercatorum refert, 36. formula, ib. ſ. in cauſis non mercatorum omnia coram eo peraguntur, 37.

*Iusiurandum*, a debitore praeſtandum, 116. ſqq. an ad illud admittendus, qui inquiſitionis reus factus, 117. ſq. quomodo praeſtandum, 119. ſq. formula 120. et not. a) tertius P. P. R. inſtituens ab eo immunis, 121

L.

*Leuteratio*, in P. P. R. locum quoque habet, 128. quando interponenda, ib. ſqq. quomodo proſequenda, in Iudicio Mercatorum Lipſ. 129. ſqq. quomodo in aliis iudiciis, 131.

*Litterae inhibitoriales et remiſſoriales*, 135. ſq.

*Luſatiae ſuper.* iura, quid ratione P. P. R. definiant, 30. ſq. quid *Inferioris*, 33.

M.

*Mandatarii* quicunque in P. P. R. plena inſtructi ſint poteſtate, 83. f)

*Mandati* requiſita et ſpeciatim in Iudicio Mercatorum Lipſ. 71. formula, Ord. huius iudicii praeſcripta, 72. ſq. an Iudiciale, 73. ſqq. quaedam illorum requiſitorum ex mandatis aduocatorum expungenda, 76. alia tamen vtilia et cum actibus neceſſariis exprimenda, 78. ſq. an in aliis iudiciis, vt et in Luſatia, hunc ſtilum ſequi teneantur, 79. ſq.

*Mandatum in lingua peregrina conſcriptum* in germanicam transferendum, 78. ſq. et not. b)

- - *praeſumtum* an et quatenus in P. P. R. ſufficiat, 81.

N.

*Nomen* mandantis cum praenomine et cognomine exprimendum, 78. et not. a)

*Nomina* inter creditores et debitorem diſcrepantia ab hoc explicanda, 112. ſpecimen formulae, 113. ſqq.

*Notificationis* ad debitorem formula, 63.

- - de appellatione interpoſita et transmiſſione apoſtolorum, 135.

- - ad iudicium praetorium de finita P. R. cauſa. 140.

O.

*Obaeratus*, v. Debitor.

P.

*Pactum remiſſorium*, v. *Proceſſus P. R.* magis in fauorem creditorum quam debitoris comparatum, 118.

*Pecunia in caſum ſuccumbentiae* deponenda, v. *Succumbenz-Geld*.

*Praeceptum* de redimendis apoſtolis et pecunia in caſum ſuccumbentiae deponenda, 133. ſq.

*Proceſſus Concurſus creditorum*, ſolennia, 2. c) quid 9. quando poſt C. B. locum habeat, 11. quando ſolus, ibid. a) hunc iudex non nimis debet feſtinare 12. cautela pro debitore, ib.

- - *pacti remiſſorii*, quando locum habeat

habeat

habeat facta C. B. 11. ſq. eius caſus ſingulares, 13. ſingularis caſus abſque C.B.14.cautelae, ib. ſq. [d]) quid 15. an ſummarius, ib. [a]) finis ib. ſq. norma, ib. [h]) quae ius ciuile de eo cauerit, 16. quomodo ex eo procedendum, 17. et not. [e]) ex iure Saxonico fundamenta, 17. ſq. ex mand. Reg. wider die Banqueroutiers, 18. ſq. ex ord. iud. Merc. Lipſ. 20. ſq. ex Deciſ. nouiſſ. XXVI, 22. normam ei dat Iud. Merc. Lipſ. 23. quis eum inſtituere poſſit, ib. ſq. coram quo iudice, 30. initio P. P. R. quae fiant, 35. ſq. et Lipſiae in iudicio ciuitatis, ib. ſqq. quae eum intendenti extra iudicium peragenda, 37. ſq. et 38. [a]) iudicium Mercatorum implorat, vt creditores ad amicabilem compoſitionem citentur, 39. formula, ib. ſq. alia, qua tertius vti poteſt, 40. de Citatione v. *Citatio.* in Termino partes quomodo compareant, 68. ſqq. quae in primo peragenda, 84. ſqq. quid ſi tertius proceſſum inſtituerit, 98. ſq. quae in ſecundo termino, 99. diſceptatio quomodo inſtituatur, 101. quae fiant ad complementum Actorum, 110. ſqq. de Sententia, 122. ſqq. de Leuteratione. 128. ſqq. de appellatione, 132. ſqq. de executione Sententiae, 137. ſqq.

*Procurator* tranſigentis mandatum producere tenetur, 45.

*Procuratores* mandato inſtructi eſſe debent, 70. ſq. quales in Iudicio Mercatorum Lipſ. admittantur, 75.

*Proſecutio Leuterationis* in Iudicio Mercatorum Lipſ. ſingularis, 128. de termino praefigendo, ib. ſq. in hoc quae fiant, 130. ſq. de aliis iudiciis, 131.

*Proteſtatio* partium circa Actorum transmiſſionem an quid operetur, 122. et not. [c])

*Prouocatio*, v. *Appellatio.*

*Publicatio ſententiae*, quomodo fiat, 126. ſq.

R.

*Redemtio apoſtolorum*, 133. 134. [a])

*Res iudicata*, poſt eam, quae adhuc deſunt, ſupplenda, 137. conſenſus in finiendam ſequeſtrationem, et pecuniam depoſitam reſtituendam declarandus, ib. ſq. etiam ab hypothecariis et priuilegiatis, 139. Lipſiae in cauſa mercatoris Iudicium praetorium certius reddendum. ib. ſq. notificatio, 140. in hoc quae inde fiant, 141. ſq. quid in aliis iudiciis obſeruetur, 142.

*Reſponſionis iudicis requiſiti* ad requirentem formula, 67.

*Reus* in iudicio Mercatorum Lipſ. ipſe comparere tenetur, 68. et not. [b])

S.

*Saluus Conductus* debitori qui bonis ceſſit, concedendus, 35.

quo finito nouus tempeſtiue impetrandus, 102. vbi et quomodo, 103. cur de eo ad principem referendum, ibid. [a]) formula implorationis, ib. ſq. relatio ad Principem, 105. huius Reſcriptum, 106. quid eo impetrato in iudicio fiat, 106. ſq. quoties vlterioris conceſſionis petitio iteranda, 107. tempus ſalui conductus quomodo computandum, 107. ſq. quae omnia in tertio P. P. R. inſtituente, exulant, 109.

*Saponarius* Lipſ. coram Praetorio et bonis ceſſit, et P. P. R. inſtituit, 37. [c])

**Schuldthurm**, quinam debitores in eam detrudantur, 2.

*Sententia* a quo ferenda in P. P. R. 122. de interlocutoria, 123. de definitiua condemnatoria, ib. ſq. de abſolutoria, 124. de mixta, 125. de publicatione, 126. ſq. de executione, 137. ſqq. conf. *Res iudicata.*

*Sileſiacum ius* quid ratione P. P. R. ſtatuat, 33. ſq.

*Subſignatio* in mandatis cur iuutilis, 77. et not. [c])

*Succumbenz*-**Geld**, 133. ſq. eius quantitas, 134. [b])

T.

*Tabula* creditorum conſentientium et diſſentientium, etc. 111.

*Tempus* ad quod Saluus Conductus conceſſus, quomodo computandum, 107. ſq.

*Terminus*, in primo quae fiant, 84. ſqq. quae in ſecundo, 99. ſq.

*Tertius* an P. P. R. continuare aut inſtituere queat, 25. iuuatur iure comm. ibid. ſq. vbi I. Sax. praeſtanda ceſſant, 29. quando eum inſtituere poſſit, 45. qua formula iudicem adeat, 41. ſq. cautela 43. formula vbi plures iam conſenſerunt, ibid. ſq. ius in ea allegaſſe cur expediat, 44. [a])

- - in termino etiam per mandatarium comparere poteſt, 69. quae ipſi in primo termino peragenda, 98. ſaluo conductu opus non habet, 109. nec ad iusiurandum obligatur, 121.

*Tranſactio* quando offerri poſſit creditoribus a debitore, 13. [a]) an eam recuſare expediat, 38. et not. [c])

*Tutor*, P. P. R. inſtituere poteſt, 28.

V.

**Verfahren** gerichtliches, v. *Diſceptatio.*

*Vniuerſitas* per Syndicum comparet, 82.

**Urthelsfrage**, 121.

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/163
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

Proceſs. 155

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/165
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/166
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/167
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id422884030/168
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft